UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

**Calepino, Ambrogio**

**[Wien], 1512**

**VD16 VD16 C 227**

D Ante E

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

# D Ante A et E

nurus matremq́ʒ lyci.

Dapes ſunt magnifici ⁊ oppipari apparatus. Mar. Illa quidẽ lauta ẽ: dapibuſq́ʒ inſtructa ſuꝑbis. Sed nihil omnino te recitante placet. Hinc dapalis cena q̃ diuerſis ⁊ amplis dapibus conſtat. Pli. Pauonẽ cibi gratia Rome primus occidit orator Hortẽſius dapali cena ſacerdotij.

Dapaticus a. um. quod eſt amplũ ⁊ magnificũ vt negocium dapaticum.

Dapſa apud veteres genus ſacrificij: qđ fiebat: aut hyeme ſeuienti: aut vere a grecis δαψ vocat̃.

Dapſilis penul. correpta: abundans/liberalis. Greci δαψιλεα largum dicunt. Colu. lib. iiij. At ſpionia dapſilis muſto. δαψιλειαν largitatẽ abũdantiã rerum liberalitatẽq́ʒ. Vñ noſtri quoq́ʒ dapſiles aliq̃ñ lautos ⁊ liberales appellant. Plaut. in Aul. Iſtas magnas factiões dotes dapſiles: nihil moror: id eſt affluentes ⁊ largas. Dapſile aduerbiũ abundanter. Suet. in Veſpa. Sed ⁊ cõuiuabat̃ aſſidue: ac ſepius recte ac dapſile.

Daphnis latine laurꝰ. Fuit (teſte Seruio) Mercurij filius formoſiſſimus.

Daphne propriũ nomen puelle nymphe ⁊ daphne vt docet Stra. nemus apud Antiochenſes. Vide in dictione Epidaphne.

Dardanus nomen electre Iouiſq́ʒ filij. Qui cum Iaſium fratrem interemiſſet: inde fugiẽs ſamothraciam deuenit. Vnde Virg. Hic ortus in agris Dardanus Ideas phrygie penetrauit ad vrbes Threiciamq́ʒ ſamon: que nũc ſamothracia fert̃. Et ab ipſo Dardano dardania regio in phrygia vocata eſt: ⁊ dardanide populi. Hic Erichthoniũ genuit q̃ filiũ habuit Troem: qui Troiã: que prius dardania appellabat̃: a ſuo noĩe vocauit: hic filios habuit Aſſaracũ ⁊ Ilũ: qui vrbem regiã a ſe Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon Priami pater.

Darideus nomen regis Perſarũ tẽpore Tiberij Caij et Claudij imperatorum.

Darius nomen regis perſarũ: qui. xxxvj. annos regnauit: cui Xerſis filius ex atoſa Cyri filia ſucceſſit in regno. Hoc nomẽ habet penul. pro. q̃ñ apud grecos ſcribit̃ per ei diphthongum.

Daricus penul. cor. numiſma perſicum darij imagine percuſſum.

Darmentius fluuius Meduallorũ ſeſe per cõfragoſa loca in Rhodanũ ꝓcipitans.

Daſeia denſitas ſpiritus ⁊ ſignũ eſt vocalis aſpirate.

Dardanarij dicũtur propole qui omnia preemunt vt idemum carius vendant. Dicti a dardano quodã cõtaminatiſſimo ⁊ ꝑ flagitioſiſſimo Mago a quo etiã dardanie artes a Colu. vocantur magice. Eius ſunt verba. At ſi nulla valet medicina repellere peſtem: Dardanie veniunt artes.

Datatim aduerbiũ ſignificat in vicẽ dando. Plau. Tũ iſti qui pila ludũt ſerui ſcurrarũ datatim in via.

Datarius: qui in poſtulationibꝰ ac litteris manu pontificis maximi ſubſcriptis diem ⁊ locũ notat: quibus date ſunt littere. Datarius a. um. quod eſt dandum. Lingua vernacula dadare. Plaut. Eho an nõ prius ſalus? Nulla eſt mihi ſalus dataria.

Daunia Apulia: a Dauno Illyrice gentis claro viro: qui eam condidit.

## D Ante E

De prepoſitio eſt: que ſeparata modo ſignificat απο Hoc ẽ a: vel ab: vel ex: vt audiui de patre meo. Mõ περι: vt cum dicimus de partibus orationis. περι μηρων τουλογου. Modo propter. Teren. in Eunu. Quãtũ me amas de fidicina hac. Modo deorſũ ſicut ſus ſurſum. Vnde ſuſq́ʒ deq́ʒ fero veteres dicebant. Hoc eſt ſurſum an deorſum res ferat̃: parnifacio. Modo memoratiuã vim habet: vt Cicero ſcripſit de officijs. Modo ſignificat non: vt delũbe: quod eſt nõ habens lumbos. Compoſita interdum auctiua eſt: ſiue intenſiua: vt deamo: depravo. Interdum diminutiua: vt decreſco: deferueſco. Interdũ priuatiua ſiue negatiua: vt deſperatus: demẽs: dedecet. Interdũ localem vim obtinet: vt deambulo: deſcendo. Interdũ deficientẽ vim ſui ſimplicis indicat: vt diſco dediſco: tego detego: doceo dedoceo. Interdũ eſt honoris exhibitiua: vt defero: deduco. Significat quãdoq́ʒ in totũ vel omnino: vt demando. Quãdoq́ʒ aperte ſeu palam: vt demõſtro. Componitur autẽ cũ dictione incipiente ab a. vt deamo: b. vt debacchor: c. vt decertio: d. vt deduco: e. vt deerro: f. vt defero: g. vt deglutio: h. vt dehiſco: i. vt deijcio: l. vt delabor: m. vt demiror: n. vt denudo: o. vt deoſculor: p. vt depellor: q. vt dequtio: r. vt deriuo: s. vt deſudo: t. vt detraho: v. vt deuenio. Patitur tñ nonnunq̃ʒ eliſionẽ metri gratia: ſicut in deinde et dehinc. Virg. Oſcula libauit nate dehinc talia fatur: vbi elidit̃ e. et dicimus dehinc.

Dehabeo es. ſignificat non habeo. Hiero. ad Euſto. Ita ille moderat̃ vniuerſa: vt nemo quid poſtulet: nemo dehabeat.

Deamo valde amo: qđ vulgo dr̃ cordialit̃ amo. Ter. in heau. Ne ego ſum fortunatus deamo te Syre.

Deambulo de loco ad locum: vel hinc inde ambulo: vt fit ſalutis vel relaxationis cauſa. Teren. in adel. Deambulare huc libitũ eſt. Auguſt. lib. v. con. Ante tribunal deambulabat ſolus.

Deambulatoriũ locus in quo deambulamus.

Deartuo as. q̃ſi per artus incido. Plaut. in Cap. Tũ igit̃ ego denũciatus deartuatꝰ ſum miſer.

Deauro as. a ſummo vel ad imũ auro: vñ deauratus.

Debacchari ꝓprie eſt pre ebrietate valde furere. Ter. in adel. Satis debacchatus iam leno es: audi ſi vis nunc: egone debacchatus ſum in te an tu in me? Per tranſlationẽ ꝟo dicit̃ cũ quis ira percitus furit.

Debellare bello vincere vel capere: et ꝓprie debellamus hoies: expugnamus caſtra/vrbes/naues et huiuſmodi. Pli. lib. vj. Dariũ Alexander debellauit.

Debilis ex de ⁊ habilis: q̃ſi parũ habilis: hoc eſt male habitudinis. i. infirmꝰ. Hinc debilitas: ⁊ debilito as.

Debeo es. debui itum pertinet ad omnia: quibus deuincti ſumus: quod vulgo teneor: ſeu debitor: ſiue obligatus ſum dicitur. Cicero. Planco. Perfice vt ne minus reſpu. tibi q̃ʒ tu reip. debeas. Idẽ Seruio Homo ⁊ maximis meis beneficijs deuinctus ⁊ prope omniũ qui mihi debere aliq̃d vident̃ gratiſſimus. Aliquãdo debere eſt dare debere. Plau. in Cur. Beatus mihi videor ſubduxi ratiunculã q̃ʒtũ eris mihi ſit: q̃ʒtumq́ʒ alieni ſiet: diues ſum ſi nõ reddo eis quibus debeo. Salu. Res aũt opportuna videt̃ ꝙ eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandẽ pecuniã debeat. Sed cũ accipit̃ pro eo qđ vernacula lingua dicimus douere: verbũ familiarium eſt: vt tu debes legere.

Debitor ꝓprie dicit̃ is a quo inuito exigi pecunia põt: inquit Modeſtinus.

Debitio ipſe actus. Cic. Perq̃ʒ diſſimilis eſt pecunie debitio et gratie: nã qui pecuniã diſſoluit ſtatim non habet id qđ reddidit. Qui autẽ debet es retinet alienum. Gratiã autẽ ⁊ qui refert habet: et qui habet in eo ipſo quod habet refert.

Debitũ ⁊ participiũ ⁊ nomen eſſe poteſt. Qñ nomen ſignificat id qđ debet̃: vt oẽ debitũ dimiſi tibi. Qñ participiũ dr̃ obligatũ. Liui. lib. xxij. Cũ Romanus plures q̃ʒ penus recepiſſet: argentũq́ʒ pro eis debitum ſepe iactatum in ſenatu re quã tunc cõſuluiſſent

patres tardius erogaretur.

Decacumino as. penul. cor. cacumen pręcido: ſiue cacumine priuo. Col. lib. vj. Poteſt etiam vlmus ſic diſponi: vt adhuc tenera decacuminetur: ne altitudinem. xv. pedum excedat.

Deca grece Δεκα latine decem. Decatos decimus. Decas adis. numerus denarius ſeu quicquid nūerū denarium continet: vñ Liuius libros ſuos decadas nūcupauit ꝙ decē volumina ſingulę ꝯtineret. Item decadas decēnalia ſpatia nūcupamus.

Decapolis penu. cor. Iudeę regio eſt decē vrbiū trās Iordanē. Hanc multi cęſaream eſſe dixerūt.

Decarchon gręci eum appellant q̄ decē p̄eſt equitib⁹.

Decachordiū inſtrumētū muſicū decē chordas hn̄s.

Decalogus penul. cor. ſacrū volumē quod decē legis pręcepta continet.

Decaphorus pe. cor. lectica quę fertur a decē hoībus: ſicut hexaphorus quę a ſex.

Decadoros penul. pro. longus decem palmis.

Decalicatum calce litum.

Decaluo. Vide in dictione caluo.

Decedo is. ſignificat diſcedo: proprie vero a mādato cuſtodie loco recedo: vt conſules de ꝓuincia dicunť decedere: ⁊ preſides de vrbibus. Et decedere ē deorſum ire ſiue minui. Lactan. lib. j. Id aūt ſolidum exiſtimandū eſt: cui nihil decedere id ꝑfectū cui nihil poſſit accedere. Decedere via eſt per errorē ſiue honoris gratia digredi. Suet. in Cęſa. Et cū luminib⁹ extinctis deceſſiſſet: via diu errabundus tandem ad lucē duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Idē in Tibe. Nec mirū cum palā eſſet ipſum quoqꝫ eiſdē aſſurgere ⁊ decedere via. Plau. in Tri. Decedā ego de via: de ſemita de honore populi. Rurſus decedere poniť ꝓ mori. Et ꝑ ſe plenū eſt: vt ſubintelligať vita tanq̄ de cuſtodia ⁊ gubernatione corporis ꝓficiſci: vt eo modo dicať deceſſit: quo defunctus eſt. Cice. tñ in Cato. dixit. Vetat pythagoras ſine iuſſu Imperatoris dei pręſidio ⁊ ſtatione vitę decedere pro diſcedere: ſed ſemper abltīm deſiderat: vt exceſſit e vita.

Decerno is: proprie ſtatuo: conſtituo: definio: ſiue de magnis rebus certam ſententiā ꝓfero. Vñ ⁊ ſenat⁹ decretū. Cic. lib. j. offi. Quare expectāda: quidā magis ē decernēdi ratio q̄ decertādi fortitudo. Terē. Quicquid peperiſſet decernerūt tollere. i. deliberarūt. Per tranſlationē vero ꝑtinet ad ea q̄ ſunt dimicatiōis. Liui. lib. j. Obuiā egreſſi vt potius acie decernerent: q̄ incluſi de tectis dimicarent.

Decerto as. frequentatiuū Amb. Vnguentati ſpectare ſolent non decertare.

Decermina dicunť quę purgandi cauſa decerpuntur.

Decretū nomen id ſignificat quod definiť. Vnde decreta pontificū cōſtitutiones dicunť. Decretū participiū vt cū dicim⁹ Decretū eſt. i. ſtatutū et definitū. Decreta ſenatus a conſultis ſic diſtinguūť ab aliquib⁹ vt decretū dicāt particulā quādā eſſe ſenatuſconſulti vt cū ꝓuincia alicui decerniť tanq̄ decreta ſint ſpecialia: conſulta generalia.

Decretorius a. um. poniť pro iudicario in quo. ſ. iudicium ferri poteſt vt dies decretorius qui ⁊ criticus Aliq̄n diciť quod eſt decretum firmatū extanſqꝫ ad aliquid arguendum iudicandum ve. Quinti. At quidam litigationibus ſuis illū modo ambitioſum declamandi ſudorem preſtitiſſe contenti cū turba laudantium deſtituunt: ſubſellia pugnamqꝫ illam decretoriā imperitis ac ſępe pullatę turbę relinquūt. Decretorium ſydus et tēpus decretorium dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro ſumitur iudicium. Pli. lib. xviij. Res ſumma vitium agitur decretorio vnius ſydere illo quod caniculam appellauim⁹. Vñ carbūculatę dicunť vt quodā vredinis carbone exuſtę. Idē. Aquila exoriť veſperi decretorio die florentibus oleis.

Decerpo ex de ⁊ carpo: ſignificat detraho: ſiue inde carpo. Vnde decermina.

Decet conuenit: honeſtū eſt: aptum eſt cōſentaneū eſt. Cice. li. de opti. di. genere. Decere inquit q̄ſi aptum eſſe: ꝯſentaneūqꝫ tēporis ac ꝑſonę. Quod tū in factꝭ ſępiſſime: tū in dictis valet. In vultu deniqꝫ ⁊ geſtu ⁊ inceſſu. Contra itēqꝫ deducere. Et modo ꝑſonale eſt. Ouid. de reme. Lude decent animos mollia regna tuos. Modo imperſonale: quod nōnunq̄ cum datiuo conſtruitur. Ter. Facite ita vt vobis decet. Plaut. Nobis decet eſſe bonis. Hinc contrariū eſt dedecet qđ eſt incōueniens/ineptum/turpe/ ſiue inhoneſtum. Ouid. libro. vj. meta. Admouiqꝫ preces quarum me dedecet vſus. A decet fit decens conueniens/decētia/deceť: decus decor decorus decorū ⁊ decoro. Cōpoſita ſunt cōdecet/ indecet/ ⁊ dedecet pe. cor. A quibus condecens/indecens/condecētia/ indecentia/condecoro ⁊ indecoro.

Decor oris. penulti. ꝓducta maſcu. generis eſt quaſi pulchritudo quędā. Virg. lib. v. Et dorycli cōiunx diuini ſigna decoris. Hinc decorū pulchrū: et decore pulchre. Decoro as. pe. ꝓ. quod eſt pulchrū viſu aut auditu facio: ſiue orno. Vnde decorū ⁊ indecorum ſubſtantiua dicunť: ſignificatqꝫ decorum decentiam quādam rebus perſonis locis ſiue in agendo: ſiue in loquendo accommodatam. Vnde ſi quis inducat agricolam ea loquentem quę ad philoſophū pertinent: hunc nō ſeruare decorū dicimus. Aliquādo etiā ad virtutes tranſfertur: et appellatur decorum non tam ipſum honeſtum q̄ quod hominbus ⁊ communi opinioni honeſtum videtur ⁊ pulchum et approbabile. Ci. de opti. genere di. Atqꝫ illud indecorū quod quale ſit ex decore debet intelligi. Eſt et decorus a. um. et Indecorus a. um. Quinti. lib. iij. Cuncta corrumpit ac propemodū perdit indecora vel voce vel geſtu ꝓnunciatio. Decor oris. pe. cor. ⁊ adiectiuū a decus deriuať: pro decorus a. um. Sal. lib. iij. Equis ⁊ armis decoribus vultus. Inde fiunt cōpoſita indecor ⁊ dedecor. Vir. lib. x. Nec tñ indecorē tua te regina reliquit. Sta. li. iij. the. Legimus indecores. Inueniť tñ hic ⁊ hęc indecoris. Accius. Cui⁹ ſit vita indecoris morem fugere haud ꝯuenit. Virg. li. xij. Nec genus indecoris ſine me hęc haud mollia fatur. Vbi patet indecoris ſubſtantiuū eſſe. Nā ſi adiectiuū eſſet indecore dixiſſet. Iūgiť. n. neutrū cōmuni: vt paupere regno. Salu. li. iij. Dedecores militiqꝫ terga ab hoſtib⁹ cedebanť. Aſcen. Nonius quidē indecoris: ſed plures legūt indecores vt ſit indecores genus ꝑ ſynecdochen dictū.

Decus oris. penultima cor. et generis neutri honorificentia ex rebus geſtis eſt. Vir. lib. v. Oblitus decoriſqꝫ ſui ſociumqꝫ ſalutis. Huius cōtrariū eſt dedecus: quod ꝓ ignominia ſiue infami turpitudinis genere ſumitur. Capitur quandoqꝫ etiam decus ꝓ honeſto: cū quid honeſte fit ⁊ dedecus pro inhoneſto. Hinc decoro as. pe. cor. quod ē honeſto ſeu honorifico. Hor. At bene nūmatū decorat ſuadela venuſqꝫ. Gel. Leonides laudať qui ſimile apud thermopylas fecit: propter eius virtutes omnis gręcia gloriam atqꝫ gratiam precipuam claritudinis inclytiſſime decorauere monumētis/ſignis/ſtatuis/elogijs/ hiſtorijs/alijſqꝫ rebus gratiſſimum id factum habuere. Vnde decora militie/laudes/honores/honeſtamenta militi in bello comparata. Sta. lib. the. Terrarū decora alta viri decoriqꝫ iugales. A decoro fit ꝯdecoro pro honeſto. Dedecoro pro vitupero: ſiue turpifico. Ter. in hecy. An quicq̄ pro iſtis factis di

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

gnum te dici poteſt que me ⁊ te et familiam dedecoras. Ex his omnibus patet: ꝙ plus eſt decus q̄ decor ⁊ plus ē dedecus q̄ indecorus: ⁊ decoro penul. correp. q̄ decoro penu. pro. Quoniā decoro penul. cor. ſignificat honorifico. Decoro penul. produ. pulchrum viſu aut auditu reddo. Unde decorum ⁊ indecorum minus eſt q̄ decus et dedecus. Cice. lib. j. offici. Sin aliq̄n neceſſitas nos ad ea detruſerit que noſtri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura meditatio: diligētia: vt ea ſi nō decore: at q̄ minime indecore facere poſſimus.

Decorū penulti. pro. appellaẜ quod greci prepon dicunt cuius vis ea eſt: vt ab honeſto non queat ſeparari. Nam ⁊ quod decet honeſtum ē: et quod honeſtum eſt: decet. Decorū inquit Cic. lib. de offi. id eſſe quod conſentaneum ſit hominis excellētie quod ad prudentiam/ad fortitudinem/ad iuſticiā/ ad temperantiam pertinet: et in omni honeſtate verſatur. Eſt ⁊ decorū: quod ⁊ poete ſequuntur: cū id quod quaꝫ ꝑſona dignū eſt et fit ⁊ dicitur.

Decem a greco Δεκα fit: a quo componunẜ vndecim: duodecim ⁊c̄. Deriuata ſunt decimus: a quo vndecimus: duodecimus cum reliquis. Denus a quo vndenus: duodenus. Denarius a quo vndenarius: duodenariꝰ: decennarius: et q̄ ſequunẜ. Decies aduerbium: a quo vndecies/duodecies ⁊c̄. Decenus a quo vndecenus ⁊c̄. Col. lib. iiij. Ut ego exiſtimo tricenas vt decenas certe amphoras ꝑcipient.

Decimus non ſolū nūerū: ſed q̄nꝫ etiā magnitudinē ſignificat: vt decimū quodꝫ ouū decimꝰ quiſꝫ fructus. i. precipuus magnitudine.

Decimanus ſiue decumanus. i. magnus. Unde decumana porta caſtrorū: que in his maxima eſt ⁊ decumanus limes in limitatiōe agrorum a magnitudine ⁊ longitudine dictus putatur: qui agrum ab exortu equinoctiali ad occaſum eq̄noctialē ſecat. Nā alter ex tranſuerſo occurrēs: cardo appellaẜ. Decumani etiā vt Aſco. docet vocanẜ publicanoꝝ principes a q̄bus decume ſiue decime exigebanẜ.

Decima e. ſignificat portionem vnā ex decem. Plau. Ut decimā ſolueret herculi.

Decimare eſt decimā partem detrahere. Unde apud Euang. Ueh vobis qui decimatis mentham ⁊ oīe holus. Et decimari legiōes dicunẜ q̄n decimus q̄ſꝫ ſupplicio afficitur ab imperatore. Liui. li. ij. Cetera mltitudo ſorte decimꝰ quiſꝫ ad ſuppliciū lecti. Sic vigeſimare ⁊ cēteſimare diciẜ. Huiꝰ verbi cōpoſita ſūt addecimo. Hier. lib. j. Re. Greges vr̄os addecimabit. Exdecimo eligo. Uñ exdecimatū electū.

Decemiugis currus: quē decem equi iuncti trahunt.

Decempeda pe. cor. pertica qua menſuraẜ terra a numero pedū dicta ſicut quincupeda a quinꝫ pedibꝰ. Cice. Urbē iam peritꝰ metator ⁊ callidus decēpeda ſua ſaxa diuiſerat. Hinc decēpedator. Idē Cauebat etiā. L. Antonio qui fuerat equiſſimus agri priuati et publici decempedator.

Decennium ſpatiū decem dieꝝ. Nam decēnium ſiue decēnis decē annorū diciẜ. Decennale qđ eſt decem annorū: vt bellū decēnale.

Decuſſis a decem aſſibus: que dictio in omni denario numero menſure ⁊ ponderis valet. Fuit cōſuetudo apud maiores: vt era in vocabuli cōpoſitione poſtponerēẜ: ſicꝫ ſemiſquintus: ſemiſquartus: ſemiſtertius pronūciabāt. Dipondiū a duobꝰ ponderibus: ⁊ vnum pondus fuit. Aſſipondiū quaſi libre vnius pōdus. Reliqua deinceps a numero dicebanẜ vſꝫ ad cētuſſis. Et a tribus aſſibus treſſis ⁊ pariter vſꝫ ad decem cōputabantur. Ab inde ſumebatur cōpoſitio ad decē. A duobꝰ decuſſibus Uiceſſis deinde triceſſis vſꝫ ad centuſſis.

Decurio dictus eſt auctore Ulp. Q in initio cū deducerentur colonie conſilij publici gratia decima pars deductorū conſcribi ſolita ſit. Uñ Cicero in orationibꝰ citat decreta decurionū. Col. Claſſes etiam nō maiores q̄ denū hominū faciūde quas decurias appellauerunt antiqui. Erant tamē alij vrbani: alij municipales decuriones. Urbanus decurio turme preerat que duobꝰ ⁊ triginta equitibus ꝯſtabat. Neꝫ vero belli ſolum: ſed domi quoꝫ pro eo qui preeſt cubicularijs. Sue. in Dom. Saturius decurio cubiculariorū. Decurio q̄ꝫ palatij dictus eſt ab Ammiano qui prepoſitus erat palatio: qui eſt ordo dignitatis. In municipijs autē decurio idem creditur qui ⁊ ſenator Rome. Cic. Recita queſo Sexti quid decreuerint capue decuriones. Hoc etiam patet ex epiſtola Plinij qui ait. Eſſe autē tibi centū millium nūmum ſatis indicat ꝙ apud nos decurio es. Igiẜ vt te nō decurione ſolū: verūetiā equite romano perfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummū. Similiter decurio ordo d̄r. Uñ latine dici poteſt de curia cubiculariorū: ſicut de curia iudicū ⁊ ſcribarū: cuiꝰ princeps decurio noīaẜ. Cuius dignitas decurionatus diciẜ ſicut a Centurione centurionatus.

Decuriare eſt decurionis officiū exercere. Uñ decuriata comitia ſicut a centuriōe centurio as. A quo centuriatus ager ⁊ centuriata comitia.

Decido is. penul. ꝓ. deorſum ſeco: vt fit cum ex lardo fruſtum incidimus. Per tranſlationē vero ſignificat determino: et liti finē impono. Hora. Et poſt deciſa negocia campo. Uñ decidere dubia dicimus: quaſi amputādo ſuꝑflua qđ itegrū ē oſtēdere. Decido is. pe. cor. deorſum cado: a quo fit deciduus a. um.

Decidua dicunẜ illa que cadūt: vt folia. Plini. lib. xj. Omnibꝰ autē caua ⁊ in mucronē demū cōcreta ſunt ceruis tantū ſolida ⁊ oīibꝰ annis decidua.

Decipio is. pe. cor. defraudo. Unde ⁊ decipula.

Decipula e. quoddā laquei genus ad decipiendas capiendaſꝫ aues.

Declamare ē ſe in ficto themate exercere. Caluus ſcribit declamationem eſſe domeſticam exercitationē q̄ res plurimū cōducit eloquētie. Solebāt eñ romani adoleſcentes eloquentie ſtudioſi exercendi ingenij gratia inuehi oratiōibꝰ in eos q̄s ſcirent aliquo crimine poſſe notari. Uñ Senece et Quintiliani declamationes q̄ ſunt ꝑludia quedā orandi. Hier. ad Dama. Nec aures Quintiliani floſculis ⁊ ſcholari declamatione mulcende. Sene. Declamationis nomē apud nullū auctorē antiquū añ ipſum Ciceronē inueniri poteſt. Idē li. j. Decla. Declamabat Cicero nō quales nūc ꝯtrouerſias dicimus.

Declamatorius a. um. quod ad declamandū pertinet: vt declamatorius liber: qui declamanda continet. Declamatorie aduerbiū ſignificat declamādo Hiero. More eoꝝ q̄ declamatorie loq̄ ſolēt ad populū.

Declarare eſt aperte monſtrare. Nā plus ē q̄ ſignificare: ⁊ tam ad facta q̄ ad dicta ꝑtinet. Cic. Luceio. Itaꝫ hoc ſepius dicendū vbiꝫ non ſignificandum ſed etiā declarandū arbitror. Idē Declarauit id mō temeritas. C. Ceſarꝭ: qui oīa iura diuina ⁊ hūana peruertit. Quādoꝫ etiā poniẜ ꝓ ſignifico.

Declino as penu. pro. cū accuſatiuo ſignificat deuito. Cic. lib. j. offi. Declinetꝫ ea que nocitura videntur. Ambro. lib. j. offi. Ipſe ſibi ſilentio legem poſuit innocentie: vt tacendo culpam declinaret quā vix effugere poſſet loquēdo. Cum abltō ſignificat caueo: q̄uis in ſenſu idē ſit cum deuito. Cic. li. iij. Tuſ. Que quoniā vt bona natura appetimus: ſic a malis natura declinamus: que declinatio ſi cū ratione fiat: cautio appellatur eaꝫ intelligitur in ſolo eſſe ſapiente.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Interdum ponitur pro deflecto ſeu recedo. Idē in Leli. Declinandum eſt de via modo hoc ne ſumma turpitudo ſequatur: vt in Ver. acti. v. Qui ſibi ſumpſit vt corrigat mores aliorū: ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit. Interdum pro deduco. Liui. lib. j. Nec ea culpa quam arguo omniū albanorum: ducē ſecuti ſunt: vt et vos ſi quo ego inde agmen declinare voluiſſem feciſſetis. Interdum pro alieno exiſtimo. Teren. in hecy. Nec declinatam quicꝗ ab aliarum ingenio vllā reperies. Interdū ꝓ depono: vt li. ij. Re. Extēdit oça manū ad arcā dei ⁊ tenuit eā quoniā calcitrabant boues ⁊ declinauerūt eā.

Decollo as. collum trunco. Feneſtella lib. ij. Quēadmodum Ceſar a piratis captus ſit: vtꝗ eos poſtea ceperit et decollauerit. Veteres autem ſecuri ceſos dicebāt. Aenni. Quod in collo tuo ē decolles caue: id eſt ex collo depone. Item Decollare eſt decipere. Plau. Vna eſt que decollauit. Lucil. lib. xij. Quibꝰ fructibus me decollaui.

Decolor penul. cor. adiectiuū ſignificat quod colore vitiato eſt: vl' ſine colore. Hiero. ad Ocea. Aperuit cunctis vulnus ſuum et decolorem in corpore citratricē flens. Roma cōſpexit. Dicitur et decolorus a. um. Amb. Sed ea propriū quoddam genus habēt nō ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione tranſlata degenerē traxere naturā.

Decoloro as. pe. pro. colore priſtino priuo: aut colorē vitio. Cice. lib. ij. ad Heren. Mortuum deformatū tumore preditum/decoloratum copore conſtat eſſe. Et i canticis. Nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim qꝛ decolorauit me ſol.

Decoquo is. penul. cor. in totum vel vehementer coquo. Vnde decocta aqua. Pli. lib. xxij. decoquere ꝓ conuertere accipere videt̃. Si em̄ clarigaris clauus ſi ferri vel chalybis aliqua rubigo: aut panni marcor affuerit: omnē illico ſuccū alienum ſaporemꝗ in venenum decoquit. Quandoꝗ decoquere ſumitur ꝓ ꝑfecte digerere. Hyſopū inquit Hieroni. pariter tonſum ſumebant in cibo vt eſcam grauiorem illius calore decoquerent. Quandoꝗ pro ſubſtantiā conſumere: ſeu ſolutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod ſepe euenit ijs qui gule omnia dedunt: aut qui ſcorta ſectantur. Vnde decoctores dicuntur qui patrimonio abſumpto ad inopiam ſunt redacti. ſcribit Spartia. Hadrianum ſenatoribus ꝗ non vitio ſuo decoxerant patrimoniū ꝓ modo ſenatorie ꝓfeſſionis expleuiſſe. Colu. lib. xij. Nam ꝗuis interdū emendatū ſit perperam factū vel imprudentia vel negligētia res tñ ipſa iam dño decoxit: id eſt detrimentū dedit. Tale quid in ſe habet defrigo vt hic defrixit. i. bona conſumpſit.

Decortico as. pe. cor. corticem detraho.

Decotes dicte ſunt toge attrite: quaſi cotibus detrite atꝗ conſumpte ſint: habetꝗ pe. pro.

Decrepiti auctore Dona. a crepitu quorum plangore familie funera ita cōclamata fuerint. Vel a crepero: ꝙ in dubio vite ſint conſtituti.

Decreſcere eſt diminu. Am. Cuiꝰ opes nunꝗ deficiūt: cuius diuitie nunꝗ decreſcunt.

Decubo as. penul. cor. iaceo q̄ſi deorſum cubo. Apu. Decubantē excitaui ferā. Col. li. vij. Eſt etiam poſt domiturā mollioris generis bos: ꝗ decūbit in ſulco.

Decumbo is. idem qđ decubo. Hieron. Quintū iam die decūbens lectulo nimia feſtinatiōe dictaui. Aliq̄n decūbere ſignificat mori. Cic. lib. ij. tuſ. Mittūt etiā vulneribus confecti ad dños qui querunt quid velint ſi ſatiſfactū ijs ſit: ſe velle decūbere.

Deculto as. ex de ⁊ occulto in quo abijcit̃ o et c.

Decurro is. decurri et decucurri decurſum deorſum curro. Vir. Sūma decurrit ab arce. Per tranſlationem decurrere eſt a principio ad finem vſꝗ currere. Lact. li. iiij. Que oratio tante affluentie vbertate decurrēt. Itē p̄terire. Idē li. vij. Decurſo tēporum ſpatio. Aug. li. ix. con. Tolerabam illud interuallū temporis: donec decurreret.

Decurtatus participiū a decurto idem eſt quod mutilatum breuiatus. Cic. Mutila ſentit quedā ⁊ decurtata. Et a Hiero. Decurtatus liber dicit̃.

Decuſſare eſt in decuſſes formare atꝗ diuidere: ⁊ per integram longitudinem diſſecando trahere. Decuſſis em̄ dicit̃ a decē aſſibus. Nā numerus denarius perfectus et abſolutus eſt. Vñ ⁊ decumanus limes Colu. libro. iiij. Nam duas regulas eius latitudinis quo paſtinator ſulcum facturus eſt in ſpeciem grece littere decuſſabimus.

Decuſſatū ſignificat ꝑ decuſſes. Col. li. vltimo. Rapā in alueo aut ſero cōponito deinde ſicut ꝯſueuerunt ſalgamarij decuſſatim ferramēto lunato incidito.

Decutio is. penul. cor. ſſi. ſſum. ex de ⁊ quatio ſignificat deijcio deorſum quatio demeto decido. Liui. li. j. Rex velut deliberabundus in hortū ediū ſequēte nuncio filij: ibi inambulans tacitus ſumma capitum papauera dicitur baculo decuſſiſſe. Hier. per trāſlationem ad Dardanum dixit: Vt decutiā ſuperciliū iudeorum: qui ſynagoge anguſtias latitudini eccleſie preferunt.

Dedecus pe. cor. et dedecoro as. vide in decor.

Dedignor aris. Vide in dictione dignor.

Dediſco is. dedidici. Vide in dictione diſco.

Dedico as. pe. cor. per ꝟba ꝯſecro ſiue honoris gratia deputo: aut dicendo defero. Cecil. lib. j. annaliū Legati ꝗ miſſi ſunt veniūt dedicāt mandata.

Dedo is. dedidi: deditum: ſignificat in perpetuum do vel totum ſubdo: ſiue in manus poteſtatem ve et arbitriū do. Vnde dedere ſe hoſtibꝰ dꝛ qui ſe in hoſtiū poteſtatē tradit. Et traditio ipſa deditio dicit̃. Et ꝗ ita ſe dedunt deditij vocātur. Plau. in Am. Conuenit vtri victi ſint eo prelio vrbem/agros/aras/focos ſeꝗ vti dederent. Liui. li. j. Sic ad ſuppliciū numitori remus deditur. Ceſar. lib. j. Heluetij omniū rerum inopia adducti legatos de deditione ad eū miſerunt. Et dedere eſt ſimpliciter dare. Ter. Verberibus te ceſū i piſtrinū Daue dedā. Forma deditiōis deſcribitur apud Liuiū in dediciōe collatie. Ita em̄ rex interrogauit. Eſtis ne vos legati oratoreſꝗ miſſi a populo collatino: vt vos populūꝗ collatinū dederetis? Sumus. Eſtne populus collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditis ne vos: populūꝗ collatinum: vrbē: agros: aquā: terminos: delubra: vtenſilia diuina humanaꝗ om̄ia in meā populiꝗ Ro. deditionē? Dedimus. Et ego recipio.

Deditus a. um. in totū vel valde datus. Ter. in hecy. Priuſꝗ hāc vxorē duxi: habebā alibi animū amori deditū. Dedita opa. i. data opera ſiue accurata opa: ſeu de induſtria: vel ex cōpoſito data opera: q̄ſi cura adhibita: ⁊ labore impenſo. Idē in Eu. Apud antiphonē vterꝗ pater ⁊ mater: quaſi dedita opa erant vt nullo mō introire poſſem quin viderēt me. Feſt. Deditū interpretat̃ valde datum.

Dedititius a. um. a deditus fit: ⁊ is ē qui ſe in alterius imperium dedidit. Curtiꝰ. Multitudo dedititiorū incolis nouaꝝ vrbiū cū pecunia capta dono data ē. Per abuſionē tñ dicimus ego ſum dedititius tuꝰ. i. tibi deditus ⁊ tuo imperio obnoxius.

Dedocere eſt ſecus ab eo quod quis doctus eſt docere vel falſum id eſſe oſtendere. Quintil. li. ij. Quāta in eluendis que ſemel inſederunt vitijs difficultas conſequatur cum geminatum onus ſuccedētes premat. Et quidez dedocendi genus pluſꝗ docēdi pro

pter qđ Timotheũ clarũ in arte tibiarũ ferunt duplices ab ijs: quos alius inſtituiſſet ſolitum exigere mercedē: q̃ ſi rudes traderẽtur. Grece. Διδασκω οθεν διδασκαλοσ.

Dedoleo es. pe. cor. non doleo: vel dolore me priuo. Oui. li. iij. faſ. Quid me in deſertis moriturã Liber harenis: Seruabas: potui dedoluiſſe ſemel.

Dedolo as. penul. ꝓ. ſignificat dolabra vel eiuſmodi ferramento deorſũ vł pulchre dolo: cedo. Colu. lib. v. Hec eorumq; ſimilia pedamẽta poſt putationem retractanda ſunt: parteſq; eorũ putres dedolãde.

Deduco is. penulti. pro. ꝓprie deorſum duco. Virgł. Carmina vł celo poſſunt deducere lunam. Quãdoq; deducere eſt de loco ad locũ ſiue de re ad rem ducere. Idcirco ei ablatiuus datᷣ nõnunq̃ ſeparatiuus accuſatiuus vero ſimiliter. Et tam in paſſiua q̃ actiua ſignificatione: quod premonẽdum eſſe duximus ne quis in paſſiua ablatiuos huiuſmodi putet eſſe agentes: niſi in exemplo Ciceronis quod dicemus In actiua Plau. in Cur. Deduco pedes de lecto clã miles ne ſentiat. Hic ponitur pro detraho. In paſſiua. Hiero. ad Helio. Ubi quies non eſt: ibi mens a ꝓpoſito ſepe deducitur. i. reuocatur ſiue remouetur. Idẽ in Paulo. Nec tñ accepto itinere deducebatᷣ. Lact. lib. iiij. ꝓ deriuare ſeu deſcẽdere poſuit. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis eſſe deductum: ꝙ hominem ſibi deus religauerit. Cicero. Terentie. Neq; legis improbiſſima pena deductus eſt quo minus hoſpitij et amicicie ius officiumq; preſtaret. Hinc deductus pro deterritus ſumitᷣ: et ablatiuus pena agens eſt: licet ſine prepoſitione ſit. Nã hoc fit interdũ et in alijs. Aliquando ſine ipſo ablatiuo ſeparatiuo et cum accuſatiuo mediante prepoſitione ponitur pro delabi: vt apud Lactan. libro. ij. Homines autem ipſos ad tantam cecitatẽ eſſe deductos vt viuo ac vero deo mortuos ꝑferant. Proprie in ſignificatione ſua cum actõ mediante prepoſitione Ceſar in primo cõmentariorum. Ceſar vna eſtate duobus maximis bellis confectis maturius paulo q̃ tẽpus poſtulabat in hyberna in ſequanos exercitũ deduxit. Virg. li. ge. ꝓ diuertere ſine abltõ et actõ poſuit. Riuos deducere nulla Religio vetuit. Sumitur et deducere pro in tenuitatem ducere. Pomp. Vocẽ deducas oportet vt mulieris videantur verba: quare et pro ſubtili et nihil ſubruſticũ ꝓferre ponitur. Hora. Cũ lamentamur non apparere labores noſtros ⁊ tenui deducta poemata filo. Vir. etiã deductũ camen ſignificatiſſime dixit ꝙ q̃ſi filum de inuentione deducatur. Tractum a lana que purgatur ⁊ in fila trahitur. Inde etiam pro imminuere et detrahere: ⁊ deductio pro imminutione: vt inquit Aſco. Interdũ pro mouere. Salu. Arma deponere preſidia de locis deducere. Interdum pro officij vel honoris gratia alicui comitatum preſtare: et fit fere cum pompa quadam: et ſepe cũ multo populo. Ambro. Deduximus fratres hoſtiam viuam dominũ et fratrem meum Satyrum Hiero. ad Julianũ: ꝙ ſanctiſſimam coniugem tuam non quaſi mortuam: ſed quaſi proficiſcentem deduxeris. Liui. Frequentes eum deduxerunt domum. Cuius contrarium eſt reducere. Cicero in Cato. Hec enim ipſa honorabilia que vidẽtur leuia atq; communia ſalutaria: appeti: decedi: aſſurgi: deduci: reduci: conſuli. Comitari eſt minorum tam paucorum q̃ multorum. Virg. Ipſe vno graditur comitatus achate. Et magna comitante caterua. Aſſectari fere quaſi per vrbē: vt fit cum quis amicicia vel propinquitate vł diſcendi ſtudio: vel alicuius commodi aſſequẽdi gratia quempiam aſſectatur: quaſi iuxta illum preeuntem ſectatur: vti puer herum: filius patrem: diſcipuli ꝓceptorẽ: clientes patronum. Cicero lib. de ora. Cumq; maior natu et conſularis Sergius Galba aſſectaretur. Eſt et ꝓſequor quod eſt quaſi deduco: ſed in itinere cum quẽpiam aliquantum longe comitamur. Liui. li. ij. Decedentẽ domũ cũ fauore ⁊ laudibus ꝓſequuti ſunt. Hiero. Quo gemitu te abeuntẽ ꝓſecutus ſim: iſte quoq; littere teſtes ſunt.

Deerrare eſt de via ſiue ratione declinare. Cicero. Si tranſitionibus nullis vtemur; et ſi non deerrabimꝰ a propoſito.

Defamo as. penul. produ. fama priuo: ſicut diffamo. Gel. Ut vocabula eorũ quoq; defamata atq; deformia cum ipſis viderentur. Sed ex greco omnino veniunt. φημι και φημη.

Defeco cum diphtongo: ſignificat a fece purgo: quaſi fecẽ detraho. Pli. lib. xviij. Per brumã vitem ne colito: vina tñ defecari etiã diffundi Higinius ſuadet. Unde oĩa pura inturbata ⁊ ſine ſordibus ac vinũ ſine fecibus defecata dicuntur. Plaut. in Aul. Nũc defecato demũ animo egredior domo. i. ab angore purgato. Proprie Col. li. vltimo. Et defecatũ vinũ in anphoras bonas adijcito.

Defendo is. di. ſum. ex de ⁊ fendo. Vñ ⁊ offẽdo: q̃uis fendo non reperiatᷣ: ſignificat tueor. Lact. Qui ſepe etiam malas copioſe defendiſti cauſas. Duobꝰ autẽ modis ab aliquo defendi dicimur: vel cum ille nos defendit: vel cũ ipſi defendimꝰ nos vel alius defendit nos ab illo tanq̃ iniuriã inferente vt ſi nobis aduerſentur iudices ⁊ Cicero tueatur. Recte dicemus defendi nos a iudicibus nõ ꝙ illi nos defendãt: ſed ꝙ preſidio Ciceronis ab illorũ iniuria defendamur. Differt tñ defendere a propugnare: quia defenſio ẽ quoquo modo fiat: propugnatio non niſi per contẽtionẽ. Rurſus defendere ẽ auertere depellere. Gel. Q. Claudiꝰ hoſtes defendebat a pinnis facillime. Cicero lib. iij. offici. Etenim ſi quis nõ defendit iniuriam: neq; propulſat a ſuis cum poteſt: iniuſte facit. Hoc aũt fit ex vi prepoſitionis de: que duplicẽ facit ſignificationẽ. Cum enim tueor ſignificat tunc de auget. Quando vero prohibeo protectiõis detractionem ⁊ negationẽ facit. Dicimꝰ autẽ Defende frigus tibi: ⁊ defendo te a frigore. Virgł. Solſtitiũ pecori defendite iam venit eſtas. Et alibi. Hic ego dũ teneras defendo a frigore myrtos.

Defenſito as. frequentatiuũ eſt. Cice. li. j. offi: Si igitᷣ non poterit ſiue cauſas defenſitare: ſiue populũ cõcionibus tenere: ſiue bella gerere: illa tñ preſtare debebit: que erũt in ipſius poteſtate.

Defero penul. cor. affero. Vir. li. iiij. Celeris mãdata per auras detulit. Aliquãdo denuncio. Cice. Ruf. Scito contubernales duntaxat meos delatos eſſe. Idem Sulpitio. Eiq; nec opinanti voluntatẽ tuam per litteras detuliſſe. Aliquãdo in accuſationem defero. Vñ delator occultꝰ accuſator calũniator. Sue. in Dom. Princeps q̃ delatores non caſtigat: irritat Aliqñ prodo qđ celatũ eſt. Hier. Sed forte cõqueſta me delatorẽ: ꝙ te ꝓdiderim clamabis. Pertinet etiam ad dignitatem ⁊ honorẽ ⁊ venerationẽ ⁊ officium varijſq; modis ponitur: ac cõſtruitᷣ. Ad dignitatẽ. Liui. libro. j. Omnes nume pompilio regnũ deferendũ decernũt. i. offerendũ atq; tradendũ. Ci. Octauio. Que tibi nõ anteq̃ poſtulares maiora q̃ velles plura q̃ ſaperes detulit ſenatus: Ad venerationẽ ⁊ officiũ. Amb. Nouerit deferre ſeniorībꝰ. i. venerationẽ exhibere / inſeruire et ſubuenire. Aliqñ deferre eſt tribuere. Hier. ad nepo. Honorent clericos: et ipſi a clericis: q̃ſi epiſcopis honor deferatᷣ. Scitũ eſt illud oratoris Domitij. Cur ego inquit te habeã vt principẽ: cũ tu me non habeas vt ſenatorẽ Habeo hic Honoro ſeu accipio ſignificat. Alias ꝓ

loco. Cice. Treba. Uniuerſum ſtudiũ meum ⁊ beniuolentiã ad te defero.i.tibi attribuo. Nauis in portum delata eſt.i.deuecta. Hic delatus eſt lectica.i. deportatus. Ille detulit argentũ.i. de loco tulit. Et diuinos honores parentibus detulerunt: id ẽ dederunt: ſeu celebrauerunt.

Deferueſcere ſignificat decreſcere. Cice.lib.iiij.tuſcu. Aut rogandi orandiq; ſunt vt ſi quam habent vlciſcendi vim: differant in tempus dum deferueſcat ira. Deferueſcere aũt certe ſignificat ardorẽ animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architę qui cum villico factus eſſet iratior: quo te modo inqt accepiſſem ni iratus eſſem? Sed hoc pertranſlationem quaſi ira ſit ignis quidã animũ incendens. Col. proprie deferueſcere pro refrigerari poſuit lib.ij.de feno loquẽs. Prudentes agricolę quibus iam illatum tecto nõ ante cõponũt: ꝙ̃ p paucos dies temere congeſtũ in ſe cõcoqui ⁊ deferueſcere patiant̃.

Deficio is.ex de ⁊ facio conſtruit̃ cum datiuo ⁊ ſignificat deeſſe vel non ſufficere. Cicero in Uer.acti.iij. Uererer ne mihi crimina non ſuppeterẽt: ne oratio deeſſet: ne vox vireſq; deficerent. Idem Ser. Sul. Sed opprimor interdũ ⁊ vix reſiſto dolori: ꝙ es mihi ſolatia deficiunt: quę ceteris quorum mihi exempla propono: ſimili in fortuna nõ defuerunt. Et more ſuo hic fecit Cicero vt per deſum deficio expoſuerit. Hinc defectus ꝓ priuatione deducit̃. Legimus etiam deficere abſolute poſitum ꝓ deeſſe. Hircius Quare neq; tãti ſum animi: vt ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam: neq; tanti timorꝭ: vt ipſe deficiam. Aliter alibi dixit. Martius rufus queſtor in caſtris relictus a Curione cohortatus ſuos ne animo deficiant.i.terreantur: et animus deſit. Inuenitur etiã cũ accuſatiuo pro derelinquere poſitũ ꝙ̃q; in ſenſu idẽ ſit cum deeſſe. Cice. Prudẽtia nunq; deficit oratorẽ. Cęſar. Fruſtra meę vitę ſubuenire conamini: quẽ iã ſanguis vireſq; deficiunt. Sal.in Iug. deſero vſus eſt in ſimilibus. Sed de ſtudijs partium deq; omnibus ciuitatis moribus ſi ſigillatim atq; pro magnitudine parem diſſerere tempus ꝙ̃ res maturius me deſeret. Accomodat̃ huiuſmodi nominatiu⁹ rebus inanimatis vt Dies me deficiet: vox te deficit: et oratio illum deficit. Lact.lib.ij. Non eñ verendum eſt ne te in tam bona cauſa deficiat oratio: qui ſępe etiã malas copioſe ac fortiter defẽdiſti. Cęſar.li.ij. Ipſos res frumentaria deficere cepit. Si quis tamẽ in his datiuo pro actõ vtat̃: non culpandus erit. Frequentius tamen cum actõ vſurpatur. Et notanter dixi rebus inanimatis accõmodari in hac ſignificatione q2 non recte dixeris vxor vel res me deficit: ſed a me defecit. Item deficere cum actõ ſignificat non ſuggerere. Uir. Cũ iam glandes atq; arbuta ſacrę deficerẽt ſyluę.i.non ſuggererẽt glandes atq; arbuta. Interdum abſolute ponitur ꝓ finiri deſinere defeciſci vt hic prę merore defecit. Martianus. Tum demũ id agere conſilium erat cum vita defecit. Aug.cum infinito poſuit in quodam ſermone. Nunquid de⁹ defecerat paſcere ſeruũ ſuũ. Heliã? Nõne illi cui deerãt homines alites miniſtrabant. Conſtruitur quãdoq; cũ ablatiuo ſine pręportione et ſic ſumitur ꝓ carere ſiue priuari. Col.li.iij.de vite loquẽs. Cum tranſtulerꝭ inquit de humido in aridũ locũ vide ne priſtino alimento deficiat. Idẽ Cõmode fluunt: nec deficiũt macro ſolo. Et li.iij.paſſiuo vſus eſt. Iugatũ quadã parte deficitur: quadã ſuperat. Et li.viij. Qui ſi memoria deficitur quo minus agnoſcat cuiuſq; progeniem pice liquida eadẽ notã ſcrofę ⁊ porcis innotat Capit̃ ⁊ pro diſſentire recedere ſeu rebellare: ⁊ tunc ablto iungitur cũ pręportione. Sal.in Iug. Quod oppidum primum omnium poſt malam pugnã ab rege defecerat. Deficere.n.dicuntur qui ab ijs quorũ ſub imperio ſũt deſiſcũt: et in hoſtiũ numerũ ſe conferunt. Cice.in Lel. Difficile eſt amiciciam manere ſi a virtute defeceris. Liui.li.ij. Eodẽ anno duę colonię pometia et chora ad auruncos deficiũt. Sub intelligit̃ eñ a Romanis deficiũt tranſeũtes ad aurũcos. Inde defectores qui tranſeunt de vno exercitu ad aliũ. Defectio receſſus: vel militũ ab imperatore vel ciuitatꝭ a dño qui dicunt̃ deficere cũ ab eorũ gubernatione diſcedũt. Nõnunq; accipit̃ pro diminui debilitari ⁊ viribus exhauriri. Ply. Genus vini qđ bion vocamus prodeſt ſtomacho diſſoluto pregnãtibuſq; ⁊ defectꝭ. Mar. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Defectus a.um. participium a defio vel deficio habet ſignificatione actiuã in voce paſſiua. Col. Diligentis patriſſamilias eſt primã quãq; arborẽ ſenio defectam tollere: id eſt quę defecit. Quintil. lib. iij. vt ſi obſeſſi ⁊ impares ⁊ aqua ciboq; defecti de faciẽda ad hoſtem deditione deliberẽt: id ẽ qui defecerunt. Hinc fit comparatiuũ defectior ⁊ ſuperlatiuũ defectiſſimus. Col.in prefa. Sz ſiue fundũ locuples mercatus eſt e turba pediſequorũ lecticariorumq; defectiſſimũ annis ⁊ viribus in agrũ relegat ⁊c. Defectus us.nomen ſignificat penuriam non vitiũ aut culpam: aut morbũ: vt defectu ciborũ dedimus nos hoſtibus. Liui.li.iiij. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuoſq; ſtragẽ ſiti pecorũ morientium dedit. Interdũ defectus dicit̃ diminutio. Gel. li.ij. Sed de lunę motibus ſoliſq; defectibus. Ply. li.j. Defectus autẽ ſuos ⁊ ſolis rem in tota ɔtẽplatione naturę maxime miram ⁊ oſtento ſimilẽ. Defectus animi: ſiue defectus animę vt Celſo moris eſt loqui lipothymia ⁊ lipoſychia grece dicitur a noſtrꝭ etiam animi deliquium: et verba linqui animo ⁊ intermori et deficere ⁊ extinctę animę ſpeciez prębere quos pli.et defectos anio qñq; appellat. Defectata vero corpora ⁊ defecti ſunt quos greci παρε τουσ quaſi reſolutos dicũt: et reſolutionem ipſam παρεσιμλεγουσι.

Defectio receſſio ſiue rebellio. Liui.lib.j. Ob reſiduas bellorum iras maxime ſollicitati ad defectionem voluntarios traxere. Cic.li.iiij. Tuſ. Omnium aũt perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiã: q̃ eſt a tota mẽte a recta rõne defectio. Aliqñ d2 diminutio ⁊ decretio. Idẽ in Cato. Quoniã delectabant ad defectiones ſolis et lunę: multo nobis ante prędicere. Sunt et defectiones mulierũ a conceptu quod genus etiã malaciã pregnãtib⁹ vocare. Plin. ſolet. Eſt eñ malicia in ſtomacho debilitas ⁊ in mari malicia ꝓ tranquillitate capitur.

Defectiuus a.um.quod eſt mancum. Cicero lib.j.offi. Eſt. n. cognitio contemplatioq; naturę manca: id ẽ defectiua quodã modo.

Defetiſcor eris. defeſſus inquit Priſ. compoſitum a fatiſcor feſſus: quod quidã a Fateor deriuari volũt. Sed Diomedi aſſentiendũ puto qui ait. Feſſus appellatio eſt: poſtea ſequitur. Differt aũt fatigatus a feſſo ꝙ fatigatus dicitur cum quis per aliũ laborare compellitur: vt laſſatus. Feſſus vero cum quis labore deficit vt laſſus. Feſſus igit̃ nomen eſt nõ participiũ: q2 ſicut laſſus nõ eſt participiũ ita nec feſſus qđ eorũ ſignificatio quaſi eadẽ plane oſtendit: quam verius docuit ex quo oſtendit̃ nõ eſſe idẽ feſſus ⁊ fatigat⁹: igitur neq; a fatiſcor feſſus: neq; a defetiſcor defeſſus: quia feſſus nomẽ eſt: et eius compoſitũ eſt defeſſus: ipſaq; verba ſupinis atq; pręteritis carere exiſtimo: quẽadmodũ ⁊ fatiſco. Et quoniã fatiſco in vſu eſt: nimirum fatiſcor obſoleuit: cõpoſitum tamẽ defetiſcor remanſit et in eadẽ pene ſignificatione ſu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mitur qua fatiſco quod deficio ſignificat: defetiſcor vero ceſſo: ſiue deficio. Et ſic duo verba nobis relicta ſunt. Alterum neutrum ſimplex: ꝛ alterum deponens compoſitum. De fatiſco Col. lib. ij. Sed omni ſolo quod ꝑdictorum leguminum ſegetibus fatiſcit vna ꝑſens medicina eſt: vt ſtercore aduueſ ꝛ abſumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virg. lib. j. Ge. Neu puluere victa fatiſcat. De defetiſcor. Ter. in Pho. Iſtec res mihi ſollicitudini eſt: neqꝫ defetiſcar vnqꝫ ego experirier donec tibi id quod pollicitus ſũ effecero. De defeſſus. Idẽ in adel. Defeſſus ſum ambulando. Eius contrariũ Indefeſſus. Clau. li. iij. Accingar luſtrare diem per deuia rerum. Indefeſſa ferar nulla ceſſabitur hora. Non requies non ſomnus erit dum pignus ademptũ Inueniã.

Defigo is. pe. pro. deorſum figo. Aliquando etiã defigi pro defatigari ponit̃ ac viribus attonitorũ modo linqui: vt apud ply. li. viij. Defigat̃ poſtremo expiret.

Definio is. penul. ꝓ. ſẽmino decerno ꝛ quaſi finem do. Diffinio vero deſcerno quaſi diſpertiẽdo diſtinguo. Unde diffinitio vocata eſt qua in diſputando vti ſolemꝰ. Et ẽ oratio: q̃ id qđ diffinit̃ explicat q̇d ſit. Eſt. n. coacte in ſe atqꝫ cõplicate rei implicatio: veluti cũ dicimus Hõ ẽ animal rõnale ꝛ mortale. Explicat enim diffinitio id qđ breuiter ꝛ anguſte deſignabat̃.

Defioculus dicitur qui ẽ captus vno oculo: quẽ luſcũ alio noie vocitamus.

Defit deeſt: cum datiuo conſtruit̃. Ter. in Ecy. Nihil apud me tibi defieri patiar quin quod opus ſit benigne prębeatur. Vir. Lac mihi non ęſtate nouum nec frigore deſit Priſci. hoc loco ait. Deficio autẽ loco paſſiui defio facit ꝛ inde defectus.

Deflagro as. penul. pro. vehementer comburor. Ideo cũ abltõ cõſtruit̃. Ci. li. iij. offi. Ictu fulminis defla/

Deflecto is. deorſum flecto. Col. li. iij. Cum (grauit. iam ſatis amplũ incrementũ ſuſceperit: ramũ oliuę duflecte ꝛ ad crus arboris ficulneę religa. Cice. li. iij. offi. ꝓ declino per tranſlationẽ poſuit. Hoc aũt de q̊ nũc agimus idipſum eſt qđ vtile in quo verbo lapſa conſuetudo de via deflexit.

Deflaco as. attero. Tractum a veſtibus ſiue a flacco vt ait Nonius.

Deflorere eſt ſine floribus eſſe: quod fit cum flores decidunt. Unde ꝛ defloreſcere qđ eſt ſine floribus fieri. Plyn. li. xvij. Peſſimũ eſt inter omnia cum defloreſcentem vitem ꝛ oleam percutit imber: quoniã ſimul defluit fructus. Ci. ad Herẽ. per trãſlationẽ. Formę dignitas aut morbo defloreſcit: aut vetuſtate. Eiuſdem ſiguificantię eſt Effloreo vt eſt in p̃s. Dies eius tanqꝫ flos agri ſic efflorebit. Aliquãdo etiã Deflorere eſt flores emittere. Colu. li. ij. Et cum totã ſpicam edidit: octo diebus defloreſcit: ac deinde grandeſcit diebus. xl. quibus poſt florem ad maturitatem deuenit. Sic effloreſcere eſt valde floridum fieri. Cicero in Lel. Quę tñ effloreſcit amicitia etiã ſi tu minus eam ſecutus ſis.

Defluere deorſum fluere ꝛ ꝓprie de fluminibus dicit̃. Per tranſlationẽ ſignificat decurrere: delabi. Cice. in Lel. Ad leues amicitias defluxit oratio. Sal. in Iug. Ubi per ſocordiam vires tempus ingeniũ defluxere. Quod eſt quaſi cecidere ꝛ periere. Lactan. li. iij. pro in nihilum redigere poſuit Nauis ſine gubernatore abit peſſum ꝛ corpꝰ relictũ ab anima defluit. Quandoqꝫ ponitur pro valde fluere abundare. Amb. Peccator q̃uis foris abundet ꝛ delicijs fluat odoribus fragret: in amaritudine animę ſuę vitã exigit. Quãdoqꝫ ꝓ ſubtus fluere. Virg. li. iij. Georg. Udiſqꝫ aries in gurgite villis merſat̃: miſſuſqꝫ ſcđo defluit amni. Defluere etiã dicit̃ quod ętate morbo ve ſoluitur. Unde defluere capillus dicit̃. Et qui ita defluit: dicit̃ defluus. Et defluuiũ capilloꝝ fluxus.

Defluxus idem quod defluuium.

Defluus a. um. qđ decidit aut decidere ſolet. Ply. lib. xx. Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet. Am. improprie. Alliga ſenſum tuũ non ſit remiſſus ac defluus.

Defluuium ipſe decidendi actus. Plyn. Sed defluuia comarũ facere dicitur.

Defodio is. penul. cor. ſepelio obruo. Liui. Fuerãtqꝫ defoſſi annis quindecim ſupra quingentos ꝛ durauerant. ſ. libri. Plau. in prolo. aul. Domi ſuę defoſſam multis cũ opibus aulã inuenit. Col. vero lib. viij. ꝓ fodiendo facio poſuit cum dixit. Confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli ꝛ viuam pecudem quę ſit puſtuloſa reſupinam obruamus. Et Defodere eſt infra ſiue deorſum fodere. Idem lib. xij. Paſtinatur terreni iugerum: ita vt ſolum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defętus a. um. ꝑ ę diph. idem qđ deſtitutus ſicut effetus fętu deſtitutus. Ouiđ. in Ibin. Sic quoqꝫ quod ratum eſt ſolito defęta fauore Fortunę facies inuidioſa tuę. Hinc Defętiſſimus. Col. Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt e turba pediſſequorũ lectariorũqꝫ defętiſſimũqꝫ annis ꝛ viribus in agrũ relegat.

Deforme: turpe: quaſi ſeorſum a forma a quo Deformitas ꝛ deformo as. qđ eſt a forma ſua deijcio. De quo in dictione Formo.

Deformicatũ. Vide in dictione formicatio.

Defrico as. penul. cor. valde frico. Col. li. ij. Totumqꝫ

Deorũ ſuppellatũ ſale defricato.

Defrigo is. xi. Vide in dictione decoquo.

Defringo deorſum vł valde frango: ſiue decerpo: decido. Col. lib. vj. Plerũqꝫ fit: vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringant̃. Virgł. Aut ſummas defringe ex arbore plantas.

Defraudare per fraudẽ aliquid decerpere vel fructum diminuere aut priuare vt ẽ illud. Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt: in omni re defraudabit̃. Defraudare vero geniũ ẽ interrumpere voluptatẽ.

Defrugo as. penul. ꝓ. omnẽ fructũ exhaurio. Defrugare ſegetem videtur qui vel nimia fętura exinanit agros: vel ꝑ inſcitiam aut negligentiã perdit laceſſitve fruges omnino cũ vel feſtinata ſemẽtis ẽ: vł ſerotina pręproperecqꝫ aut prępoſtere q̇d agit̃: defrugari ſegetem contingit. Plyn. li. xviij. Oraculũ illud magnopere cuſtodiẽdũ ſegetẽ ne defruges. Col. Conſtat ſegetẽ nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum a deferuendo vt inquit Palladius vinum decoctũ Plynio auctore vſqꝫ ad mediã partẽ. Sappa vero a ſapiditate: muſtũ eſt ad tertiã partẽ decoctũ. At Col. aliter. Muſtũ inquit q̃ dulciſſimũ decoquit̃ ad tertias: et decoctũ ſicut ſupra dixi defrutum vocat̃. Sic Nonius. Sappa quod nunc mellatium muſtũ ad mediã partẽ decoctũ defrutũ ſi ex duabus partibus ad tertiã redigatur.

Defrutare muſtũ decoquere vt inde defrutũ fiat. Col. li. ij. Sꝫ defrutũ quoqꝫ ꝛ defrutare vinũ licet. Hinc Defrutarius a. um. vt vaſa defrutaria apud Col. dicuntur: quę ſunt ad defrutum idonea.

Defugere: recuſare: in totum fugere. Lact. lib. v. Non defugi hũc laborẽ vt implerẽ materiã quã Cyprianꝰ non eſt executus.

Defundo deorſum fundo. Cato de re ruſti. Aquã defundito non omnẽ eo addito oleum.

Defungor eris. Vide in dictione fungor.

contrario Arrogo. Hiero. in prolo. Eſdre. Interro-
gent hebreos: et ipſis auctoribus tranſlationi mee
vel arrogent vel derogent. Feſtus. Derogare cum
quid ex lege veteri quo min⁹ fiat ſancitur lege noua.
Cice. lib. ij. ad heren. Cum due leges inter ſe diſcre-
pant videndum eſt primū num abrogatio aut dero-
gatio ſit. Quid eſt ergo derogatio niſi detractio ali-
qua legis. Abrogatio ipſius legis ablatio. Illa par-
tis legis: hec totius ſublatio eſt. Derogo igitur de-
traho quod ſimiliter fit cum dignitati honoriqꝫ alte-
rius detrahitur.

Derſei cum e. diphi. populi ſunt grecorū in littoribus
thracie ſicuti Herodotus oſtendit.

Deſeuio is. valde ſeuio: quod Hiero. ad dicta tranſtu-
lit cū in lib. Re. inquit. Latrantes canes qui aduer-
ſus me rabido ore deſeuiunt.

Deſcendo is. ex de ⁊ ſcando: proprie ſignificat de loco
excelſo ad imum deuenio cuius cōtrarium eſt Aſcen-
do. Liui. lib. j. Tenuere tamē arcem ſabini atqꝫ inde
poſtero die cum romanus exercitus inſtructus ꝙ pa-
latinum capitolinumqꝫ collē campani compleſſent

non prius deſcenderunt in equum ꝙ̃ ira et cupiditate recuperandę arcis ſtimulante aīos romani aduerſum ſubiere. Per tranſlationē vero dicimus. Deſcē do in prȩlium: deſcēdo in campum: deſcendo in forū ⁊ huiuſmodi alia: quia de quiete ad laborem de loco tuto ad periculum: de vita ad mortem eſt iſte deſcenſus ſiue ad animā ſiue ad corpus ſiue ad vtrūq; ſpectet. Perſius deſcendere pro humiliare poſuit. Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo. Sed prȩcedēti ſpectatur mantica tergo

Deſciſco is. Uide in dictione Aſciſco.

Deſcobinatus: ſautius abraſus ſect᷒. Uar. in Melea. Sin autem delectationis cauſa venamini: quanto ſatius eſt ſaluis crurib᷒ in circo expectare ꝙ̃ his deſcobinatis in ſylua curare.

Deſcribere ꝓprie ſignificat de exēplari ſcribere in qua ſignificatione etiam ſunt Exſcribere ⁊ Tranſcribere. Cice. Cornifi. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi in quo ſępe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro ſic vt doctum hominē a non indocto paulū diſſidere. Huic tu libro maxime velim examina ſi minus grauate ſuffragare dicam tuis vt eum ſi velint deſcribent: ad teq; mittant. Per tranſlationē vero ponitur pro diſponere ſeu deſignare. Idē in Lel. Mei ſunt ordines: mea eſt deſcriptio. Item ꝓ pingere. Plautus in Aſi. Non potuit pictor rectius deſcribere ei᷒ formam. Itē pro denunciare Lactan. lib. v. Quod prophete multo ante deſcripſerāt. Licet ⁊ ꝓ accurate ſcripſerunt intelligi poſſit. Nam hoc verbum etiā ſcriptoribus: id eſt condentibus aliq̄d conuenire pōt cum eius deſcriptio pro diſpoſitione ⁊ accurata ſcriptione opis ponitur: vt Terē. in phor. Ego deſcripſi porro illis quibus debui. Uirg. Immo hęc in viridi nuper quę cortice fagi Carmina deſcripſi et modulans alterna notaui Experiar. Lactā. li. v. Quid eſt eñ cur illā vel in carminibus vel in omni ſermone deſcribāt cōquerētes eius abſentiā cū ſit facillimū bonos eſſe ſi velint. Et hoc ex vi ꝑpoſitionis de. q̄ diligentiā ſcriptoris prę ſe fert. De excribo Gel. Haud quicq̄ dubitauimus quin ea plauti foret: ⁊ oīm maxime germina ex qua duos hos verſus excripſimus. De tranſcribo. Hiero. in ꝑfa. pſal. Uñ conſueta prȩfatione cōmoneo tam vos: quibus forte labor iſte deſudat ꝙ̃ eos qui exēplaria iſta habere voluerint: vt q̄ diligenter emēdaui cū cura ⁊ diligētia tranſcribant. Scribere ꝓpriū eoꝝ eſt qui aliquid condunt.

Deſeco as: pe. corre. ferro incido. Col. lib. iij. Et ſi fieri pōt iuxta aliquē modū ſerrula deſecato. Idem li. xij. Bonus operarius prati iugerū deſecat.

Deſeco is: pe. cor. cui ctum. derelinquo deficio. Hinc milites patrię deſertores dicunt̄ qui patriā deſerunt quā defendere deberēt. Uir. Deſertorē Aſię. Sue. in Ceſa. Deſertoꝝ ac ſeditioſorū inquiſitor ac punitor acerrimus: conniuebat in ceteris. Hinc deſertū locum appellamus inhabitatum quaſi ab hominib᷒ derelictum: quē gręci Eremū nominant. Quomodo autem differat deſertor ab Emāſore. Uide in dictione Emanſor.

Deſertum et participium ⁊ nomen eſſe pōt. Participium idem eſt qđ derelictū: ⁊ q̄nq; aſperū: atq; incultum. Uirg. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndā. Nomē ſumit̄ pro loco inhabitabili: vt in hymno Antra deſerti teneris ſub annis ciuiū turmas fugiens petiſti: ſed eremus producit penul. quod ignaris gręcarum litterarum res noua videbitur q̄m eſt ερημοσ ερημου και ερημοω το απολειπω καὶ μόροσ οικεω εστι καιλωφοσ καὶ ερεμια γεγεται παρατερεραμ.

Deſerto as frequentatiuū eſt. Actius. Cum me ſolum vterq; parens deſertaſſent.

Deſeruire: eſt obtemperare ſeu diligēter humiliter veſeruire. Cic. Tyroni Indulge valitudini tuę: cui quidē tu adhuc dū mihi deſeruis ſeruiuiſti ⁊c̄. fac bell᷒ reuertare. Poteſt etiā ſignificare male ſeruire quod vernacula lingua dicit̄ deſeruire.

Deſedeo es. ⁊ deſido is. pe. cor. ſicut in aſſideo dictum eſt. Primū cum quiete ſedeo quod eſt ꝯtinue ſedeo: ſeu ſedendo tēpus cōſumo. Sue. in Cęſa. A quo ad accerſendā claſſem in bithyniā miſſus deſedit apud Nicomedē. i. manſit: cōmoratus eſt. Scđm cū motu ꝓcedo vt quieſcam: ſiue morer. Teren. in ecy. Ubi totū deſedi diē michoniū hoſpitē dū expecto. Feſtus Picena regio in qua ē Eſculū dicta ꝙ ſabini dū ęſculum ꝓficiſcerent̄ vexillo eoꝝ picus deſiderat. Quod eſt a deſido. i. deſcenderat vt moraretur.

Deſes idis. a deſedeo: q̄ nihil agit ⁊ ocioſus ſedet: vel qui ſtat ſępius ad ſedendū ſuꝑ his q̄ tranſigēda propere forent. Liu. li. j. Deſidē romanū regem inter ſacella ⁊ aras acturū eſſe regnū rati. Et li. iij. Sedem᷒, deſides domi mulierū ritu inter nos altercantes.

Deſidioſus: qui deſidia plenus ē. Oui. Querit̄ ęgyſt᷒ quare ſit factus adulter. In promptu cauſa ē: deſidioſus erat. Deſidia ꝟo ē vitiū ignauię. Sal. Nō fuit ꝯſiliū: ſecordia atq; deſidia bonū ociū contetere.

Deſilio is. penultima correpta: deſilui deſultū. Uide in dictione ſalio.

Deſignare: deſcribere: quaſi per ſigna demonſtrare. Cęſar libro. j. Cęſar hac oratione liſci Dimorigem Dunatici fratrē deſignari ſentiebat. Sʒ ꝙ pluribus ꝑſentibus eā rem iactari nolebat: celeriter cōcilium dimittit. Aliquando ſignificat deputare: decernere: ſeu deligere. Sal. Catilina nihilominus in proximū annum conſulatū petebat: ſperās ſi deſignatus foret facile ſe ex voluntate antonio vſurū. Col. li. iij. Ipſū autē agrum quem ſeminario deſignaueris planū et ſuccoſum. Aliq̄n ſignificat rem nouā facere in vtrāq; partem bonā ⁊ malā. Unde ⁊ deſignatio contractio conductioq; populi in vnum. Hoc eñ ei contingit: qui aliquo flagitio populi in ſe oculos et ora cōuertit: ⁊ ſpectaculo eſt vulgo: quēadmodū deſignatores curatores funerū: qui ludis funebrib᷒ prȩerāt ⁊ multitudinem retinebant ob eam cauſam ꝙ in his ludis fiant noua ⁊ ſpectāda. Sene. de benefi. An tu Aruncium et Acerium ⁊ ceteros qui captandorum teſtamentorum artē profeſſi ſunt non putas eadē habere q̄ deſignatores ⁊ libitinarios vota illi quorum merces optent neſciunt. Hi familiariſſimū quemq; ex quo ꝓpter amicitiā rei plurimū eſt mori cupiunt. Ter. Modo quid deſignauit.

Deſioculus dr̄ qui vno eſt captus oculo: qui et luſcus dicit̄. Mar. Hinc deſioculus: ⁊ hinc lippus.

Deſipio is. penul. cor. deſipui deſipiui ⁊ deſipij: ex de et ſapio: ſignificat inſipienter ago ſiue de ſapientia decido: vel aliquid a cōmuni ſenſu ſapientiaq; min᷒ habeo: et conſtruit̄ cū ablatiuo. Cice. M. Celio. In quo cū obiurgarer ꝙ nimio gaudio pene deſiperem Plau. in epi. gtō iunxit. Deſipiebam menſis cū illa ſcripta mitterem. Aug. lib. j. de. ci. dei docet minus eſſe deſipere ꝙ̃ inſanire. Porro inquit Si quis hoc aggrediendū ⁊ ſuadendū putat: non dico deſipit ſed inſanit. Lact. li. ij. Deniq; poeta maxim᷒ hō in ceteris prudens: in hoc ſolo non poetice: ſed aniliter deſipuit. i. more anili inſipiēter egit. Huius contrariū eſt Reſipiſco. Nā reſipio in vſu raro eſt. Reſipiſco frequenter. Deſipio in vſu eſt: deſipiſco non. Et hęc oīa ad mentē ꝓprie pertinēt. Eſt enim reſipiſcere ad mētem redire. Lactan. de ira dei. Idcirco non ad ꝑſens noxiū quemq; punit vt habeat hō reſipiſcendi ſui facultatē. Et li. vj. diui. iſti. Reſipiſcit eñ ac mētē ſuam quaſi ab inſania recipit quē errati pudet: caſti

gatqʒ ſeipſum dementię: ⁊ confirmat animū ſuum ad rectius viuendū.

Deſino is.pe.cor.ex de ⁊ ſino: ſignificat omitto/finio/ ceſſo: vt Deſine plura loq̄. Hinc deſinentia/finis/terminꝰ. Sic dicimꝰ: Deſine artē ludicrā. Cic. Mario. Libēter me hercle artē deſinerē: tecūqʒ ⁊ cū ſilibꝰ noſtri viuerē. Eſt eīm deſinere artē: renunciare arti atqʒ relinquere. Unde ars deſita dicitur relicta ⁊ omiſſa. Gel. lib. xv. Omniū tum athenienſiū conſenſu/ diſciplina tibijs canēdi deſita eſt.

Deſiſto is: ceſſo. Uirg. Me ne incepto deſiſtere victā. Deſiſtere (inq̄t Ulpi.) eſt a negocio abſtinere qđ calumniādi aīo inſtituerat. Inde deſtitiſſe is videt̄/ nō qui diſtulit/ ſed q̄ liti renunciauit in totū.

Deſolor pe. ꝓ. deponēs: a Solor cōpoſitū eſt: ⁊ ꝯtrariā ſuo ſimplici habet ſignificantiā. Sed ꝑ tranſlationē in ſignificatiōe differt. Cū eīm q̄s aliquē ſolat̄: q̄ſi de ſolo lapſum in ſolum ſiue ſoliditatē alleuat. Paſſiue tamē deſolatus accipitur apud Hiero. ad Tyra. Sola ſeꝑatione dormiētis ęſtuās deſolatꝰ ſolatio pij pignoris iactor. Inuenit̄ ⁊ deſolo as. pe. ꝓd. a ſolo: qđ terrā ſolidā ſignificat: ꝓ deſtruo/ ſiue de ſoliditate deijcio. Col. lib. j. Quia flagitioſum quos hoſtis ꝓfligēdo deſolaſſet agros nouo more emere romanū ſupra vires patrimonij. Virg. lib. xj. Uidimꝰ ingentes ⁊ deſolauimus agros.

Deſpero as. pe. ꝓ. nō ſpero: extra oēm ſpem ſum. Hic eīm de negat. Ci. in Lel. Cuiꝰ aures clauſę ſunt veritati/ vt ab amico veꝝ audire nequeat: huiꝰ ſalꝰ deſperāda eſt. Dicimꝰ autē: deſpero ſalutē ⁊ de ſalute. Ambro. Nemo veteꝝ ꝯſciꝰ delictoꝝ ꝑmia diuina deſperet. Deſperatus in morbo dicit̄: de quo nulla ſalutis ſpes habet̄. Hiero. in lib. Reg. Percuſſitq; dn̄s paruulū/ et deſꝑatus ē. Itē deſperatꝰ dicit̄ q̄ nullā habet ſpem. Un̄ vetus ꝓuerbiū: nō eſſe cū deſꝑatis certandū. Deſꝑatio (vt inq̄t Ci. lib. iiij. Tuſ.) ē ęgritudo ſine vlla reꝝ expectatiōe melioꝝ. Sal. Ne forte deſꝑatiōe adducti/ vitę mortē ꝑferrēt.

Deſpeſco is. cui. ſignificat pecꝰ deduco: vt compeſco vna duco/ ⁊ paſco/ ⁊ in vno loco cōtineo.

Deſpicio cis. pe. cor. deorſū aſpicio. Col. lib. j. Area ſi cōpetit ita ꝯſtituēda eſt: vt vel a dn̄o/ vel certe a ꝓcuratore deſpici poſſit. Per trāſlationē ponit̄ ꝓ cōtemno ſiue paruifacio. Nā cū quis aliū cōtemnit: deſpicere videt̄ quaſi infra ſe aſpicere: quēadmodū Suſpicio eiꝰ cōtrariū: ſurſū aſpicio: ⁊ ꝑ trāſlationē veneror: quaſi ſupra nos aſpiciamus illū eſſe collocatum. Ci. li. ij. offi. Deſpiciunt autē eas ⁊ cōtēnūt: i quibus nihil virtutis neruoꝝ putant.

Deſpectus a. um. participiū qđ eſt cōtemptū. Deſpectus us. nomē: ipſe actus deſpiciēdi.

Deſpectio: idē quod deſpectus. Cice. in hortē. Conſolabitur eā magnitudo animi/ et humanaꝝ opinionū alta quedā deſpectio.

Deſpiciētia/ deſpectus ſiue deſpectio: ⁊ in ſe plus cōtinet q̄ʒ cōtēptio: vt apud eundē li. j. Tuſc. Totā vim bn̄ viuēdi in animi robore ac magnitudine: et in om̄i reꝝ humanaꝝ cōtēptione ac deſpiciētia ponamꝰ. Et illuſio plus eſt q̄ʒ ꝯtemptio deſpiciētiaq;. vt i Cato. idē Ci. Cōtēni ſe putāt/ deſpici/ illudi.

Deſpecto as. ſępe deorſū aſpicio. Claud. li. iij. Deſpectāt vertice lucum. Virg. Nūc terras ordine longo Aut capere aut captas iā deſpectare vident̄.

Deſpicor: pe. cor. deſpicio. Terē. i Eunu. Quę nos noſtrāq; adoleſcentiā habēt deſpicatā. Do. Deſpicatā contemptā atq; deſpectā: a deſpicor. Hiero. Ieſſe filius Dauid: nō primus/ aut ſecūdus/ aut tertius: ſed omniū vltimus vngit̄ a ꝓpheta: et deſpicabilior cūctis eligitur in regē.

Deſpoliare ē exuere. Hiero. ad Euſto. Nō neceſſe eſt vt dicas: Deſpoliaui me tunica: quō induā illā?

Deſpōdeo es. ex de ⁊ ſpondeo. Spōdeo autē a ſponte fit: qđ veteres pro dico vſurpabāt: q; qui ſpondet/ ſpōte: id eſt voluntate dicit: vnde reſpōdeo factū eſt quod eſt poſteriore loco dico. Poſtea vō ſpondere vſurpari cęptū eſt/ ꝓ ſponte ꝓmittere: vnde qui puellam ſpondet/ ſponſor: quę ſpondetur puella: ſponſa: cui ſpondetur/ ſponſus: qua rogatur pecunia dotis a ſponſo/ ſponſio. hoc eſt ꝓmiſſio appellatur. Et dies qua puella ꝓmittitur/ ſponſalis. Et ſponſalia mētio ⁊ ꝓmiſſio futuraꝝ nuptiarū. Eſt autē deſpondere ꝓmittere quod ad nuptias ꝓprie ꝑtinet: et ad eū precipue cuiꝰ intereſt locare mulierē viro/ ſiue virū mulieri. Teren. Nam aliam pater ei deſponderat gnatā chremetis. Deſpondere animā ille dicit̄: q̄ ſuę ſpontis ſtatuit finem: ⁊ quaſi ex deſperatione mori decreuit. Uar. libro. iij. de re ruſ. Ne reliqui ſi videāt deſpondeant aīm: atq; alieno tēpore venditori moriantur. Liuius libro. iij. Nec ipſi ſolū deſponderant animos/ ſed contemni cępti erant a finitimis populis. Plau. in Mili. Ne lamentet̄/ neve animū deſpōdeat. Apud Senecā ⁊ Col. ſine animi adiectione legitur deſpondere. Nā de turdis ſic ait. Difficulter i aliam regionem transferunt̄: quia caueis clauſi plurimi deſpondent. Similiter dicimus deſpondere ſapientiam illum qui deſperat ſe poſſe ad ſapientię faſtigiū peruenire. Et ob hoc deſiſtit ab incępto. Nam libro xij. Col. inquit. Et ꝓbabilis ratio eſt obmuteſcendi: quia nequeas orator eſſe perfectus/ aut in ſocordiaꝫ compelli: quia deſponderis ſapientiam. Magnę rei quantumcunq; poſſederis fuiſſe participem/ nō minima eſt gloria.

Deſpōſo as. a deſpōdeo fit. Ambro. Et bn̄ vtrūq; poſuit ſcriptura/ vt deſpōſata eſſet ⁊ virgo.

Deſpumo as. penul. ꝓduc. ſpuma priuo. Uirgilius libro. j. Georg. Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Per tranſlationē deſpumare ponit̄ ꝓ decoquere. Hiero. ad Ocea. Uēter mero ęſtuās/ cito deſpumat in libidines. Perſius. Stertinꝰ indomitū qđ deſpumare falernū Sufficiat.

Deſpuo. deorſum ſpuo/ ſeu ſpuendo excreationem demonſtro: vt apud Perſiū. Eſt ꝓpe te ignotus cubito qui tangat: ⁊ acres Deſpuat in mores.

Deſtino as. pe. cor. ex de ⁊ ſtino. Un̄ ⁊ ꝑſtino. Eſt aūt deſtinare: deliberare/ aſſignare/ deputare/ parare/ eligere. Col. li. ij. Itaq; cōſiderandū erit/ vt ſolū qđ excolere deſtinamꝰ pingue ſit. Ci. lib. v. Tuſc. Ad horā mortis deſtinatā. Sue. de Cęſare. De ampliādo imꝑio plura ac maiora indies deſtinabat. i. parabat/ cōſtituebat/ deliberabat. Pli. in panegyrico. Deſtinatio cōſulatus: id eſt electio. Quādoq; ponit̄ ꝓ alligare. Apul. li. iiij. de aſi. Arreptū me loro q̄ʒ valido ad anſulā quandā deſtinatū. Quandoq; mittere ſignificat. Iuue. Deſtinat hoc monſtrū cymbe liniq; magiſter pontifici ſummo. Aliq̄n emere. Lucil. Facio ab lenone tribus/ vt libertatē milibꝰ deſtinet. Hinc fit cōpoſitū ꝑdeſtino: qđ eſt ꝑordino/ ꝑmitto. Augꝰ. Pręđeſtinatio a ꝑmittēdo ⁊ ꝑueniēdo vel ꝑordinando futurū aliquid dicit̄. Quandoq; taxare/ ſiue ꝓ p̄cio deputare. Plau. in Ru. Minis triginta ſibi puellā deſtinat/ dat q; arrbabonem: et iureiurādo alligat. Hoc idē ſignificat ꝑſtino. Apul. Et percōtato p̄cio qđ centū nūmis indicaret: aſpernatꝰ viginti denarijs perſtinaui. Sunt q̄ ꝑdeſtinatū intelligi velint oſtenſū indicatūqʒ: vt eſt illud apl̄i ad Romanos. Qui ꝑdeſtinatus eſt filius dei. Eſt ⁊ ꝑſtino: de quo alibi.

Deſquamo: ſq̄mis exuo. Plau. i Aul. Deſq̄ma piſces

Deſtituo is. ex de et ſtatuo: ſignificat dereliquo/ dimitto. Uirgilius. Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Interdū deſtituere eſt priuare: ⁊ ſic conſtruitur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſū ablcō. Col'. li. iiij. Rurſus nimiā ſiccitatē deſtitue/
re plātas naturali alimēto. Interdū diſſoluere. Ne/
uiꝰ. Multo nauē iubet deſtitui anchor̄. Interdū ſta/
tuere. Cecil'. Deſtituit oēs ſeruos ad menſā añ ſe.

Deſtringo is. deorſum ſiue de alijs ſtringo/colligo aut
excido. Col'. lib. xij. Tum et olea deſtringenda eſt: ex
qua velis viride oleū efficere. Mar. Pergamus has
miſit curuo deſtringere ferro: Non tam ſepe teret lin
tea fullo tibi.

Deſtruo is. xi. ctū. ſignificat qđ ſtructū eſt: vt non ſtru/
ctū ſit efficio. ελληνιστι ἀρασκευαζω απολ
λωκαι λυμαινομαι και πολλα αρτιπαρτο
λαπωρ πραγματωρ.

Deſtructile pe. cor. qđ deſtrui pōt/⁊ deſtruet i fine. La
ctā. li. de Ira dei. Deſtructilia ſunt oia q̄ manu fiunt.

Deſudo das. pe. ꝓd. valde ſudo. Sudo vo a ſudus: ſi
Nonio credit̄ fieri cōſtat. Interdū tamē deſudare ꝑ
tranſlationē ponit̄ ꝓ laborare. Hiero. in ꝓlo. li. Sa/
lomonis. Mittitis ſolatia ſumptuū notarios nr̄os
et librarios ſuſtentatis: vt vobis noſtrū potiſſimum
deſudet ingeniū.

Deſueſco ſcis. deſueui et Deſueo es. eui. Primū neu/
trū: ſecundū actiuū. Unde Nonius in priſcis dictio
nibus. Deſueui illū/ꝓ deſueſeci illū. id eſt conſuetu/
dinē illi abſtuli. Titi. Paraſitos amoui: lenonē ędi/
bus abſtruxi: deſueui ne quo ad cęnā iret extra conſi/
liū meum. Hic deſueui a deſueo in actiua ſignificati/
one accipit̄. Nā ꝗuis Priſ. cōſueſco cōſueui etus ſū
dicat. Addit tñ Chariſiꝰ: Cōſueo ponit. Idcirco pri/
ſco more iuxta Chariſiū/iuxtaqꝫ ſignificationē actiuā
quę in pręterito deſueui a Nonio ꝓlata eſt/neceſſe ē:
vt Sueo ſimplex ſit vnde format̄ Sueſco: ex quo cō
ponunt̄ Cōſueſco/deſueſco/aſſueſco/inſueſco: quę ſi/
gnificationē paſſiuā innatā habēt: vti caleſco/ erube/
ſco: ⁊ augmentatiuā: vt oleſco/adoleſco: cū tñ oleo ⁊
adoleo actiuā ſiue neutralē habeāt. Itē a Sueo cō/
ſueo/deſueo/actiuā ſiue neutralē habere cōuenit. Ea
eñ q̄ntū intelligo iā aboluere: ꝓpterea in eoꝝ locum
ſucceſſiſſe cōſuefacio/aſſuefacio/et hmōi puto. Sim/
plicis autē Sueſco ꝑterita ſunt quę dicā. Claud. lib.
iij. de rap. Poſt hęc cunabula dulci Ferre ſinu: ſum/
moqꝫ Ioui deducere paruā Sueuerat: ⁊ genibus lu/
dentē aptare paternis. Ci. Metello. A te id qđ ſue/
ſti peto: me abſentē diligas atqꝫ defendas. Qñqꝫ de
ſueſcere. nō ꝑ negationē ſed ꝑ affirmationē ex vi ꝑpo
ſitionis deponit̄: quaſi deorſū ſueſcere/ ſiue deſcēde/
re ſueſcere. Plau. in Aſi. Auceps qñ ꝯcinauit areā/
effudit cibū: aues deſueſcunt: neceſſe eſt facere ſum/
ptū qui quęrit lucrū. Qñqꝫ Deſuetꝰ dicit̄ valde ſue/
tus. Uirgilius libro. iiij. En. Deſuetudo a deſueſco/
ſicut conſuetudo a conſueſco: quę contraria ſunt. Li/
uiꝰ libro. j. Mitigandū ferocem populū: armorū de/
ſuetudine ratus.

Deſidero as. ex de ⁊ ſidero. Sidero vo a ſidus dedu/
cit̄. Dictum deſiderare ꝓ cupere/ꝙ veluti lucem ſide
ris qđ amamus: optemꝰ ꝑ tranſlationē ponit̄ ꝓ deſi/
cere ſeu mori. Macro. Ne quid ad ꝑfectionē cetus
deſideret̄ inuitandꝰ ad hunc congreſſum conuentūqꝫ
cenſeo. Curti. In eo prelio trecēti capti quinquagin/
ta millia deſiderata ſunt.

Deſiderium modo ꝓ vehemēti amore: vt apud Iuue.
Cur deſiderio bibulę ſertoriꝰ ardet. Mō ꝓ nimia cu
piditate videndi eū qui abeſt. Et ꝓprie de rebus gra/
tis optatis aut amiſſis dicit̄. Hinc dicimus poſt pu/
gnā deſiderari milites qui perierunt. Ci. i Lel'. Ego
ſi ſcipionis deſiderio me moueri negē: qꝫ id recte fa/
ciā viderint ſapientes.

Deſideratiua verba ſunt quę a Priſ. meditatiua vocā
tur. Ea terminant̄ in rio: vt Eſurio/parturio. Nā de
ſideriū magis qꝫ meditationē denotāt. Cice. libro. ij.
Phil'. Utinā aliqñ dolor populi romani pariat qđ
iam diu parturit. Plin. lib. xxxvj. Et ite omnes adal/
ligati muneribus vel quadrupedibus in pellicul' ſa/
crificati: vteri animaliū continēt partus/non niſi par
turiant remouēdi: alioqn vuluę excidiū fit. Sed niſi
parturientibꝰ auferant̄/omino nō pariunt. Sic par/
turio ꝓprie ꝓ cupio parere ſumit̄: qꝫqꝫ interdū pro pa
rio ſumptū inueniat̄. Scaturio ꝓ ꝑmitiuo capit̄ ſca/
teo. Non eñ deſideratiuū eſt ſignificatione ſed voce
tm̄. Amaturio aūt lecturio/dicturio/ cū amaſco et le/
giſco quibꝰ placēt relinquimꝰ. Ipſa quidem cęteraqꝫ
eiuſmodi/niſi apud auctores approbatos inueniant̄:
nō in gregē deriuatiuoꝝ verboꝝ i ſco et rio termina/
toꝝ aſcribēda cenſemus.

Deſum dees: ſignificat deficere. Seneca. Fęlix ē cui ni
hil deeſt ad bene beateqꝫ viuendū.

Deſultores: qui equos eligunt/alunt ac docēt: quoruꝫ
ars eſt binos trahere equos: ⁊ alternatim ex vno i al
terū mira celeritate trāſultare. Li. li. xxiij. Nec omēs
numidę in dextro locati cornu: ſed quibꝰ deſultorū in
modū binos trahētibꝰ equos inter acerrimā ſępe pu
gnā in recentē equū ex feſſo armatis trāſultare mos
erat tāta velocitas ipſis: tāqꝫ docile equoꝝ genus ē.
Uar. li. ij. đ re ruſ. Peritꝰ belli alios eq̄s eligit: alit ac
docet aliter quadrigarius ac deſultor.

Deſultorij vo ipſi equi duo ſine ephippijs a grecis κε
λησ κελητοσ και κελητιζω. Irrruo/dicti ꝙ ex
his facile deſiliāt deſultores qui ſingul' equitibꝰ ꝑpoſito
erant: exercitatis ita militibus/ vt altero de via feſſo
deſilire poſſent in recentē. Sue. de Cęſare. Quadri/
gas bigaſqꝫ ⁊ equos deſultorios agitauerūt nobiliſ/
ſimi iuuenes. Caſſiodorus vo in epiſtolis diuerſum
ab hoc genus ita nominat in ludis circenſibus. Equi
inquit deſultorij ſunt ꝑ quos circenſium miniſtri miſ
ſos denūciant exituros: vt luciferi quadā in aſtris ſili
tudie ꝑcurſorias velocitates imitari videātur. Per
trāſlationē Apul'. in ꝑmo de Aſi. Iā hęc quidē ipſa
vocis imutatio deſultorię ſciētię ſtilo quē acceſſimus
reſpōdet. Silr Martianꝰ de nuptijs philologię. Le
uitate pernix deſolutoria geſtiebat.

Detego is. pe. cor. aperio/nudo. Lactan. lib. ij. Nunc
interim falſa detegamus.

Deteſtor: meo teſtimonio rem abominor/improbo/ex
ecro: deponēs: qꝫuis ⁊ cōmune verbū inueniat̄. Ho/
ra. li. j. Car. Bellaqꝫ matribus deteſtata. Lactā. lib.
vj. Hinc ē illa plauti deteſtāda ſnīa. Male meret̄ q̄
medico dat qđ ędat: nā ⁊ illud qđ dat perit: ⁊ illi ꝓdu
cit vitā atqꝫ miſeriā. Apud iuriſconſultos Deteſtari
ponit̄ ꝓ abſenti denūciare. Inde deteſtatio: denunci
atio facta cū teſtatione.

Deteſtabile: abominabile.

Deterreo: valde terreo/et quaſi terrore quodā prohi/
beo/remoueo ve. Ci. li. j. Tuſ. Itaqꝫ nō deterret ſapi
entē mors: q̄ ꝓpter incertos caſus qui quotidie immi
nēt. Idē de optimo dicēdi genere. Nec vo Ariſtote
lē in phia deterruit a ſcribēdo amplitudo Platonis:
nec ipſe Ariſtoteles admirabili copia cęteroꝝ ſtudia
reſtrinxit. Nec ſolū ab optimis ſtudijs excellētes vi/
ri deterriti non ſunt: ſed ne opifices quidē ſe actibus
ſuis remouerunt.

Detero is. pe. cor. ex de et tero: ſignificat ꝓprie terēdo
deijcio: quod et trituro dicitur: Nā ſpicis percuſſis
frumenta in illis diſpoſita deterunt̄: cū grana in ter/
ram minuta diſſiliunt. Col'. li. j. Area optima eſt in ſi
lice conſtructa/ ꝙ et celeriter frumenta deteruntur.
Per tranſlationē Hiero. in ꝓlo. Iob. Qui ⁊ hebrę/
orū ſermonē experte didicimus: et in latino pene ab
ipſis cunabulis inter grammaticos ⁊ rhetores detri
ti ſumus. i. exercitati/quaſi a ſimili: vt gladius exer/
citatus ⁊ ipſo nimio vſu comminutus. Idem poſuit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro eo qđ eſt damnū infero: et vulgo fruſtro dicitur. Veſtiꝰ inqt pariter nō deterit̄: capilli ſimul nō augentur: barba in cōmune nō creſcit: calciamenta ex equo oībꝰ durant. Lactan. lib. vj. Quos aūt primi aditꝰ difficultas detriuerit eos in illā vitiorū viā labi atq̄ deflectere: que primo ingreſſu ſit quaſi amena multo q̄ tritior. Detriuerit ꝓ defregerit ſiue deijciēdo fregerit: id ē remouerit. Tritior ṽo ꝓ vſitatior. Unde tritum verbum ꝓ vſitatū.

Deter ſiue deterꝰ a. um. pe. cor. dicit̄ cui aliqđ deeſt: et q̄ſi detritū ne bonū ſit. A q̄ deterior deterrimus.

Detergeo es. ſi. ſum. ⁊ detergo is. ꝓ depurgo. Col. li. iij. Quotiēs falcē acueris: ea pelle aciem detergito. Ibidē lib. viij. Aut cornu aut vngula tundūt: aut arbori affricāt parietibuſve detergēt.

Determino: diffinio. Lac. li. iiij. Determinā da ē nobis veritas breuiter: ⁊ ī ſuo ꝓprio domicilio collocāda.

Detexo is. valde texo/ ꝑficio. Virg. Viminibus molli q̄ paras detexere iūco: Nā de augētis eſt.

Detineo es. pe. cor. ꝓprie ad eos ꝑtinet q̄ ꝑus nō tenebant̄: ⁊ quouis mō detinent̄ ſiue capiunt̄ ne abeāt in iuſſu eiꝰ q̄ detinet. Lactan. libro. vij. Omnis in vna cōmuniq̄ cuſtodia detinent̄. Terentius in Eunuch. Detineo te fortaſſe: tu ꝓfecturꝰ alio fueras. Retineo non pertinet ad eos qui prius tenebant̄: et ne abeant retinentur. Et hec tā in bonā q̄ in malā partē aſſumi pn̄t. Per tranſlationē aūt Teren. in Phor. Pol me detinuit morbꝰ. Sal. De ambitio mala detinuerat. De Retineo Idē. Nā imperiū facile his artibꝰ retinet̄: quibꝰ in initio partū eſt. Teren. ī Adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſatiꝰ eſſe credo/ q̄ metu. Hinc detento as. frequentatiuū.

Detōdeo es. detōdi: q̄uis tōdeo totūdi faciat. Antiq̄ tn̄ geminabāt: ⁊ ſignificat a ſūmo vſq̄ deorſum tondeo. Col. li. viij. Et eſt modꝰ optimꝰ ꝯſiderare tēpeſtates quibꝰ ouis neq̄ frigꝰ ſi lanā detraxeris: neq̄ eſtū ſi nondū detonderis ſentiat. Verū cum queq̄ detonſa fuerit/ vngi debet tali medicamine.

Detono as. pe. cor. valde tono. Hiero. Et cū ꝑſecutionis detonaret ꝓcella: in villā remotiorē ſeceſſit. Sed per tranſlationem.

Detorqueo es. ſi. ſū. ſignificat deflecto. Col. libro. iiij. Sed qđ in ſalicto conſerendo vitauerimus: id ſequamur in eiuſmodi malleolo quē eſt neceſſe longiorē facere/ ſi volumꝰ detortū pangere. Ci. ꝑ tranſlationē li. ij. offi. poſuit. Nā ⁊ voluptates blandiſſime dn̄e maiores partes animi a virtute detorquēt.

Detraho is. cū actō. ꝓprie ſignificat exuo id qđ quis induit: ſiue quicquid manu ꝯtingi ⁊ detrahi pōt: vt Detrahe veſtimēta/ ſoccos/ palmites/ ⁊ hmōi. Teren. in Heau. Aſſido occurrīt ſerui: ſoccos detrahūt Plau. in Aſi. Nudo detrahere me veſtimēta iubes? Interdū detrahere ponit̄ ꝓ remouere. Hiero. lib. j. Reg. Detrahebāt hoīes a ſacrificio dn̄i. Augꝰ ſup Ioānē. Detrahe verbū: ⁊ quid eſt aqua niſi aq̄? Accedit verbū ad elementū/ ⁊ fit ſacramentū. Interdū ꝓ auferre. Ambro. lib. iij. offi. Quod ſi nō licet nō dare: quo mō detrahere licet? Per tranſlationē ṽo cum fama/ gloria/ honor/ opinio detrahunt̄: ⁊ tunc cū datiuo ꝯſtruitur. Hiero. ad Euſto. Dicat aliquis: ⁊ audes nuptijs detrahere que a deo benedicte ſunt: nō eſt detrahere nuptijs: cum illis virginitas antefertur. Hinc detractor ⁊ detracto as.

Detractores dicunt̄ q̄ fame alicuiꝰ derogant.

Detracto as. frequentatiuū: ſignificat defugio/ deuito recuſo/ nego. Virg. lib. iij. Geor. Nec mihi diſpliceat macul' inſignis ⁊ albo Aut iuga detractās: interdūq̄ aſpera cornu. Iuſti. Nec ipſe detractauit certamē. Aliqn̄ detractare eſt male tractare.

Detrimentū: damnū dictum ſm̄ Var. a detritu: ꝙ ea que trita ſunt/ minoris ꝑcij ſunt. Sic intrimentū ab eo ꝙ duo inter ſe ſint diminuta. Differuntq̄ ab inuicē/ ꝙ detrimentū: vt Pedia. inquit: vel vniꝰ ꝑtis dici pōt. Intrimētū ṽo ad vtriuſq̄ partis ſpectat/ dantis accipientiſq̄ incōmodū.

Detrudo is. pe. ꝓ. deorſū trudo/ ſiue trudēdo deijcio. Liu. li. ij. Iā impetu conabant̄ detrudere virū. Per tranſlationē. Ci. li. j. offi. Sin aliqn̄ neceſſitas nos ad ea detruſerit: q̄ noſtri ingenij nō erunt.

Detrunco as. truncādo deijcio/ ſiue ī truncos aut ꝯ trūco ſeco: vt Hic detruncatꝰ eſt: arborē detrūcato: partē voluminis detruncauit. Diſtrunco aūt: ī diuerſas partes trunco. Plau. in Tru. Iā ego te hic agnū faciā/ ⁊ medium diſtruncabo.

Detrullare: eſt de trulla in trullā deplere: quo vſus eſt Apitiꝰ. Qđ ipm̄ ⁊ diffundere ſm̄ Pli. vocat̄.

Deturgeo es. deturſi: vide ī dictione Turgeo.

Deturbo as. fere ſicut detrudo ſumit̄: niſi ꝙ in deturbo maior ſit violētia q̄ in detrudo. Eſt em̄ deturbare deorſū cū violentia deijcere. Virg. Puppi deturbat ab alta. Col. ṽo li. v. ad pampinationē trāſtulit. Vinitor inquit qui an̄ ferro nunc manu deputet/ vmbriſq̄ cōpeſcat: ac ſuꝑuacuos pāpinos deturbet. Ci. Cn. Pompeio aliter. Sed hoc cito tuos veteres hoſtes nouos amicos vehemēter litteris tuis periculoſos: atq̄ ex ſpe deturbatos iacere.

Deueho: deorſum veho. Hiero. ad Ruſti. Et mlta genera pigmentoꝝ de paradiſi dicit̄ fonte deuehere. Cice. lib. j. ad Herē. ꝓ defero poſuit. Qui parentē necaſſe iudicatus erit: is obuolutus ⁊ ligatꝰ corio/ deuehebat̄ in ꝓfluentē.

Deuenio is. pe. cor. de loco editiore deſcēdo. Virg. li. iiij. Speluncā Dido dux ⁊ troianꝰ eandē deueniunt. Per trāſlationē ṽo cū de diuitijs in pauꝑtatē/ de gloria ad ignominiā/ de iuſticia ad iniq̄tatē/ de ꝓſperis ī aduerſa cadimꝰ. Ci. lib. iiij. ad Herē. Videt̄ eſſe arrogātia illa relinquere/ ⁊ ad ſua deuenire. Plautus ī Aſi. Quid ſi fort e in inſidias deuenero.

Deuenuſto as. deturpo. Gel. Tanq̄ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Deucalion: nomen proprium filij Promethei: quē ferunt in fabulis iactu ſaxorum genus humanū cū vxore Pyrrha recuperaſſe.

Deuerro is. ꝓbe verro/ ſiue de loco verro. Col. li. viij. Stabula ṽo frequēter deuerrēda ⁊ purgāda: humorq̄ oīs vrine deuerrēdus eſt.

Deuerra: dea ab antiquis putata eſt: quā venerabant̄ vt ſcopis domū verrere poſſent.

Deuerbero as. valde verbero. Terē. in Phor. Quot me cenſes hoīes iā deuerberaſſe vſq̄ ad necē hoſpites: tum etiā ciues?

Deuexo as. valde vexo. Lactan. lib. v. Et cum corpora hominū occupant: animoſq̄ deuexant: adiurātur ab his: et nomine veri dei fugantur.

Deuexus a. um. a vexus eſſe ꝯuenit: cōpoſitū. A q̄ vexo. xas. eſſe videt̄. Vn̄ ⁊ ꝯuexus. Et ponit̄ ꝓ decliui ac deflexo. Col. li. j. Parte cāpeſtri: ꝑte alia collibꝰ/ vel ad orientē/ vel ad meridiē molliter deuexis.

Deuincio is. ꝑfecte vincio: vehemēter ligo. Plautꝰ in Cap. Aduerte aīm ſi tu iſtos captiuos duos heri q̄s emi de ꝑda de q̄ſtoribꝰ his iudico catenas ſingularias iſtas maiores q̄bꝰ ſūt deuicti demito. Per trāſlationē. Ter. ī Heau. Vex vbi ſemel animꝰ cupiditate deuinxit mala: neceſſe ē ꝯſilia ꝯſequi cōſimilia.

Deuinco is. perfecte vinco.

Deuirgino as. ṽginitate ꝑuo. Hiero. ad Saluinā. In egypto ꝑmū deuirginata ē: ⁊ ibi fracte māme eius.

Deuius a. um. quod a recta via recedit. Cice. in Lel. per tranſlationē. Quid poteſt eſſe tam flexibile/ tam deuiū/ q̄ animꝰ eius q̄ ad alterius non mō ſenſum ac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

volũtatẽ: ſed etiã vultũ atq; nutũ ↄuertiť. Dicimus etiã iter deuiũ/ qđ eſt a recta via remotũ. Hiero. li. ij. Reg. Popul⁹ mult⁹ veniebat ꝑ iter deuiũ. Vñ Cic. Anagninos vocat deuioſ: ꝙ eſſent extra viã militarẽ collocati. Et Hora. ſcortũ deuiũ dixit: qđ eſt a via remotũ. Proper. Letor ꝙ ſine me deuia rura colis.

Deuio as. ex de et vio as. a recta via recedo. Abuſiue ꝓ deflecto ſumiť. Hier. paſſiuũ ꝓtulit li. Nũe. Ubi nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã poterat deuiari: obui⁹

Deuito as. pe. ꝓ. declino. Terẽ. in An. Poſt (ſtetit. hac incolumẽ ſatis ſcio fore hoc nũc ſi deuito malũ.

Deuoco as. penul. corre. vocãdo deduco: ſiue inde aut deorſum voco. Liui. lib. iiij. Cũ a ſaucijs hoſtibus ſciſcitando cõperiſſet caſtra Uolſcorũ deſerta eſſe: lęt⁹ a tumulo ſuos deuocat. Cice. lib. Tuſc. per trãſlationẽ locutus eſt. Socrates prim⁹ phiam deuocauit e cęlo: quod eſt quaſi deduxit.

Deuolo as: pe. cor. de alto volo. Plaut. in Am. Poſt ꝙ in cunis cõditus deuolãt angues iubati deorſũ impluuiũ duo maximi. Per trãſlationẽ aũt poniť ꝓ decurro. Liuius lib. iij. Alij inter tumultũ ꝑcipites pauore in forũ deuolãt. Idẽ lib. ij. ꝓ deſilio poſuit. Deuolant de tribunali vt lictori auxilio eſſent. Aliqñ deuolare eſt: alio volare: hoc eſt diſcedere. Cice. ad Herẽ. Ite falſi amici ſereno vitę in tẽpe p̄ſto ſunt: ſimul atq; homini fortunę inuiderint deuolãt omnes.

Deuoluo is. om̃ibus aptatur quę a ſummo deorſũ decidunt ſeu delabunť: vt ſaxa/ vt aqua: ſiue cũ homĩes inde pręcipitanť. Col. lib. j. Huic ꝓxima illuẽs aqua e mõtibus oriunda: quę per ſaxa pręceps deuoluitur. Liuius lib. ij. de bel. pu. Saxa ingentia in agmẽ deuoluunt. Per tranſlationẽ ꝟo dicimus. Deuoluta ẽ res: deuoluta eſt hereditas: quod vulgo diciť de manu in manũ. Idem lib. v. Et eo deuolui rẽ/ vt aut patricij/ aut patriciorꝫ aſſeclę habẽdi tribuni plębis ſint. Hiero. Illa interim cõiunx egregia: et ꝗ de fontibus tullianis hauſerat ſapientiã: nupſit Saluſtio inimico eius. Et tertio Meſſale coruino ⁊ quaſi ꝑ quoſdã gradus eloquentię deuoluta eſt.

Deuoro ras. penul. corre. vorando deijcio. Cato de re ruſti. Bos ſi ęgrotare cęperit: dato continuo ieiuno ouũ gallinaceum crudũ integrũ facito deuoret. Refertur etiam ad alios ſenſus. Mar. Oculis deuorãtibus draucos. Plau. Auſcultate atq; operã date: ⁊ mea dicta deuorate. Illud eñ oculorꝫ: hoc auriũ auiditatem ſignificat.

Deuoueo es. penul. corre. ſignificat ſolenniter voueo. Uouere autẽ eſt aliquid ſancte ꝓmittere. Virg. lib. xij. Quorꝫ ſe deuouet aris. Ci. li. iij. offi. Quid Agamennõ cũ deuouiſſet Dianę: qđ i ſuo regno pulcherrimũ natum eſſet illo anno: immolauit Iphigeniam. Itẽ Deuouere: eſt morti dedere. Liui⁹ lib. ix. Equidẽ mortem ꝓ patria perclarã eſſe fateor: et me vel deuouere pro populo romano legiõibuſq; vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Itẽ deuouere eſt diris imp̄cationibus malũ alicui optare. Ouidius in Ibin. Illum ego deuoueo quem mẽs intelligit ibin. Hinc deuotio ꝓ execratione. Sueto. in Cali. Lenis adeo et innoxius/ vt Piſoni decreta ſua reſcindenti nõ prius ſuccenſcre in animũ induxerit/ ꝙ veneficijs quoq; ⁊ deuotionibus impugnari ſe cõperiſſet. He deuotiones tales erant/ quales dirę fuerũt apud priſcos quę talẽ habere poteſtatẽ credebanť: vt nemini fas eſſet qui in eas incidiſſet euadere. Inter carmina magica duo erant apud maiores maximę religionis: quorꝫ altero dij tutelares vrbiũ euocabantur ab hoſte victore/ ne deos captiuos ducere viderenť. Altero deuouebant: id ẽ morti dedebant vrbis exercitus hominũ capita qui ſe traderent irę numinũ pro ſalute aliena: quale fuit carmen duorum deciorum: qui ſe ꝓ patrię ſalute deuouerunt. Liuius lib. ix. Equidem mortẽ ꝓ patria pręclarã eſſe fateor: et me vel deuouere ꝓ populo romano legiõibuſq; vel in medios me mittere hoſtes.

Deuotus: deſtinatus: ⁊ ad ꝓſperũ aduerſũq; trahitur. Var. Tum deuoto tibi animo vtere. Vir. Pręcipue infelix peſti deuota futurę.

Deus varie a varijs deduci ſolet. Nam quidam a θεοσ deriuant quod deum ſignificat. Alij απο του θεω. Moſcopolus θεορ λεγεσται οτι θεω το τρεχω θεουσ γαρ ελλεμεστα στοιχεια ελεγον α θεουσιν αει και αριστοτελησ. Alij. απο του θεω μαι ſpeculor ꝙ in maieſtate diuina tãq; in ſpeculo cuncta reſultent: aut q: cuncta intueť: vel potius το δεοσ του δε εοσφοβοσ λεγεται οτι αυτου ουδεν μεξον. Unde Statius. Primus in orbe deos fecit timor. Quidã a dando: q: hominibus det quicquid eſt cõmodũ. Nõnulli deum dici putant ꝙ nihil ei deſit. Hinc deitas quę et diuinitas dicitur. Aug⁹ lib. viij. de ciui. dei. Hanc diuinitatẽ vel (vt ſic dicã) deitatẽ. Nã et hoc verbo vti iã noſtros nõ piget: vt expreſſius e gręco transferãt: quod illi theoteta appellant. Deum ⁊ diuũ quidã indifferenter accipiunt. Alij deos volũt ꝑpetuos eſſe: diuos ꝟo ex hominibus factos. Et licet deus diffiniri nequeat: tñ ita deſcribi põt. De⁹ eſt mẽs vniuerſi: vel deus eſt anim⁹ ꝑ im̃nẽſas mũdi ꝑtes oẽmq; naturã cõmeãs atq; diffuſus: ex ꝗ oĩa ꝗ naſcunť aĩalia vitã capiũt. Uel de⁹ ẽ infinita mens ꝗ ꝑ ſeipſam mouetur.

Deutera a gręcis dicunť vina aqua mixta: hoc eſt ſecũdaria. Nã δευτερον ſecundũ diciť. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtũ acinis expreſſum.

Dextera vel dextra manus quę qm̃ validior ẽ ſiniſtra/ dare dexteram dicimus: nõ mõ manũ porrigere: ſed etiã auxiliũ p̄ſtare. Virg. Da dextrã miſero. Dexterã Numa Pompilius (vt ait Liui⁹) fidei cõſecrauit. Dextra ſe antiqui venerabanť: ꝑ dexterã iurabãt tãq; fidei ſedẽ ⁊ virtutis miniſtrã.

Dexter dextri vel dexteri: qui dextrę partis eſt. Virg. Quo tandẽ mihi dexter abis. Interdũ diciť apt⁹/ cõueniens/ agilis: ab aptitudine dextrę manus. Sta. li. iij. ſyl. Signa frenate moderatus alę aſturę dextro. Hinc dexterior fit ac dexterrimus: ꝓ aptior ⁊ aptiſſimus: dexteritas: aptitudo. Antiqui dextimũ ⁊ ſiniſtimũ: ꝓ dextro et ſiniſtro dicebãt. Aliqñ etiam dexter diciť ꝓſper/ propicius. Virgili⁹ lib. viij. Et nos ⁊ tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Dextrorſũ aduerbiũ: ſignificat verſus dextrã partẽ.

Dextrale: ornamẽtũ dextrę cõmune viris ⁊ mulierib⁹. Hiero. in Exo. Uiri cũ mulierib⁹ p̄buerunt armillas ⁊ inaures/ anulos ⁊ dextralia. Hui⁹ dimi. eſt dextrariolũ: vt in lib. Iudith. Induit ſandalia in pedib⁹ ſuis: aſſumpſitq; dextrariola ⁊ inaures.

Dextrocheriũ: muliebre brachiorꝫ ornamẽtũ: qđ ex auro in anuli lati formã gẽmis p̄cioſiſſimis integebať. Iul. capito. ſcribit: maximũ pollice fuiſſe tã vaſto: vt vxoris dextrocherio vtereť ꝓ anulo.

Dextrarij: dicunť equi maxime bigarij.

Dextro ras. ſignificat equos bigarios iungo. Solin⁹. Tarpeiũ iouẽ terna dextratiõe luſtrauit. Lau. valla. Triumphaſſe exiſtimas cęſarẽ quotiẽs domo prodibat: vt nũc ſolet papa pręcedentibus albis equis q̃s ſtratos famuli dextrant.

Depeciſcor eris. depectus: ex de et paciſcor: ſignificat ſicut ſimplex: et tam in bonã ꝙ in malã partẽ ſignificat. Teren. in Phor. Ita me dij bñ amẽt: vt mihi liceat tãdiu qđ amo frui: iã depiciſci morte cupio. Cic. Qui dũ circumſedereť: neq; effugere vllo mõ poſſet: depectus eſt cũ hoſtibus/ vt arma ⁊ impedimẽta relinqueret: milites educeret.

Depeculor pe.cor.ex de ⁊ peculor:qđ a peculiū dedu/
cit:peculiū ꝟo lucrū ſignificat/vel quicquid ſua indu
ſtria qs acqſiuit.Qui aūt peculiū ſiue qđ peculij ſur/
ripuerit/depeculator dicet:q̄q̄ ſint q̄ dicāt:Depecu
lari,ꝓprie eſſe furari ea q̄ ad rēpu. ſiue ꝑncipē/ ſiue ad
ſacra ꝑtineāt.Sed Cice.lib.j.ad Uerr. docet aliud
eſſe furtū/aliud peculatū. Si qs inquit peculat/accu
ſat:ꝙ vaſa argētea publica de loco ꝑuato dicat ſuſtu
liſſe:poſſit dicere cū diffinitiōe ſit vſus/quid ſit furtū.
quid ſit peculat⁹ ſecū furti agi ⁊ nō peculatus oporte
re.Et in ver.acti.i. Quib⁹ i ꝓuincijs villas/ domos/
plurimas vrbes/oia fana depeculatus.
Depello is.depuli/depulſū:deorſū pelſo. Lactā.li.ij.
Inuereratos depulim⁹ errores. Interdū depellere ē
abducere/remouere. Uirg. Dulce ſatis humor de/
pulſis arbutus edis. Nā depulſis ꝓprie poſuit ꝙ ag/
nos quadā vi ab vberib⁹ matrū pelli ꝯſtat:dū repu/
gnāt ne inde amoueant. Inde depulſus dicit ꝯtra vo
luntatē amot⁹. Amouemur eīn a re grata ⁊ iucūda.

## D Ante I

Di et dis:ꝑpoſitiones eiuſdē ſignificatiōis ſunt: q̄ am
be ſepatiue: ⁊ in cōpoſitione ſolū repiūtur. Cōponit
aūt di cū dictionib⁹ incipiētibus a d. vt Diduco. g. vt
Digero. L. vt Diluo. M. vt Dimitto. N. vt Dinu
mero. I. vt Dijudico. U. vt Diuerto: ⁊ vbiqꝫ ꝓduci/
tur/niſi i dirimo ⁊ diſert⁹. Dis ꝟo mō negationē de/
notat: vt difficil/diffido. Mō diuerſitatē: vt diſſideo
Mō diuiſiōij: vt diſſocio/diſiūgo. Mō ſignificat val
de: vt diſcrucior/diſcupio. Mō varie ſiue i diuerſas
ꝑtes: vt diſpono/diſſemio. Qn̄qꝫ male: vt diſpereo:
male pereo. Cōponitqꝫ cū c. vt diſcūbo. F. vt diffun/
do: vbi ſ. mutat in f. euphonie cā. P. vt diſputo. Q.
vt diſqro. R. vt diſrūpo. S. vt diſſimlo. T. vt diſtur/
bo. I. ꝯſonāte: vt diſiūgo. Eſt qn̄ dis greca dictio ſit:
⁊ ſignificat bis vel duo: vt digamus/didrachma.
Dia prepoſitio greca apud nos per. ⁊ ꝓpter ſignificat:
Eſt ⁊ nomen duaꝝ inſulaꝝ: quaꝝ vna Crete adiacet:
alia i mari tyrrheno: q̄ alijs noib⁹ naxos et ſtrōgylos
vocat. De qua Oui. Qua breuis equoreis dia ferit
aquis. Dia etiā dicta eſt hebe dea quedā: ⁊ dia actūs
grecus quo Iouē ſignificamus.
Diabolus latine calumniator dicit. Διαβολη calum/
nia: Διαβαλλω criminor.
Dialog⁹ grece latine diſputatio: ab Διαλεγομαι: qđ
eſt diſputo: ex Δια per: λεγομαι ſermocinor vl' diſ/
puto. Logos ſermonē ⁊ orōnē cōprehēdit. Et ē dia/
log⁹ opꝰ vbi diſputātes itroducūt q̄tq̄t auctori libue
rit: nō aūt a dia duo λογοσ ꝙ ſit ſermo duoꝝ cū tn̄
ſunt q̄nqꝫ aut ſex: aliqn̄ plures/vt plato: ſꝫ ſomniant.
Diacon⁹ diaconos/os i us fit diacon⁹: a diaconeo mini/
ſtro. Eſt eīn diacon⁹ miniſter/diaconia miniſterium.
Nos diaconiū dicim⁹/et diaconatū ꝓ ordie diaconi.
Diadema pe.p. qđ quidā cū diph. ſcribunt: geſtamē re
gis. a Διαλεω circūligo. Nā habet duo appēdicula
quibus caput ligatur. Hinc Diadematus: diadema/
te ornatus. Cic. in oratione ad populū. Nō vt p. Q.
Metello viro clariſſimo iā ſpectata etate filius: non
L. Diadematus cōſularis ſūma auctoritate: nō. Q.
Metellus cenſorius.
Dierefis dici pōt diuiſio. Figura cū vna ſyllaba in du/
as diuidit: vt apud Hora. Nūc mare/nunc ſilue: qđ
triſſyllabū eſt. Direct⁹ diuiſibilis. Diereo diuido.
Dieta: cenaculū in quo eſtate cenatur ad vmbrā/ hye/
me ad ſolem: quod ⁊ cenatio dicit. Hoc nomē quidā
a greco deriuant Διαπαομαι viuo et cōuerſor. In
his eīn cenaculis viuimus ⁊ verſamur. Un̄ etiā die/
ta nominat victus: ⁊ medicine pars dietica nuncupa
tur: que victu medetur. Nā medicina i tris partes di
uiſa eſt: in dieticam/que victu: in pharmaceuticā: que
medicamentis: in chirurgicā/que manu morbos cu/
rat. Var. ꝟo ꝙ in ea per diem edatur dici exiſtimat.
In hortis nō edificari ſolebat: licebatqꝫ teſtatori die/
tam in ortis vxoris edificatā diruendā legare: ſi id fie
ri ſine fundi detrimento poſſet. Apud grecos ſumit
ꝓ iudicioꝝ loco: ⁊ ꝓ loco quo arbitri ꝯueniūt. Et tūc
dicit a dieteo iudico vt arbiter. Ab aliquib⁹ accipit ꝓ
diario: hoc eſt vnius diei cibo.
Dietarij vocabant miniſtri diete ſeruientes: quoꝝ me/
minit Ulpia. de fundo inſtructo. Et dietarij dicūtur
qui in aliena cenacula furādi gratia ſe dirigebant: q̄s
Ulpia. ſcribit plus q̄ꝫ fures eſſe puniēdos. Itaqꝫ aut
ad tēpus relegādos/aut in opus publicum dandos:
aut fuſtibus cedendos.
Dietite a grecis appellantur arbitri.
Diagrāma atis. geometria deſignata: ſiue quadrāgu/
lus/ſiue triangulus/vel inſcriptio libri.
Diagoras: nomen phi/qui Atheos cognominat⁹ ē. i.
negās deos. Hic cū ſamothraciā veniſſet: atqꝫ ei qui
dā amicus dixiſſet: Tu qui deos putas humana ne/
gligere: nonne aduertis ex tot tabulis pictis q̄ꝫ multi
votis vim tempeſtatis effugerint: in portūqꝫ ſalui ꝑ/
venerint? Ita fit inquit. Illi eīn nunq̄ꝫ picti ſunt/ qui
naufragia fecerunt/in mariqꝫ perierunt.
Dialectos greci vocant loquendi genera: ſicuti docet
Quin. lib. j. que apud illos quinqꝫ ſunt. ſ. ionica/dori
ca/attica/eolica/ ⁊ cōmunis lingua.
Dialectica latine diſputatoria dicit: a Διαλεγομαι
diſputo. Δια eīn per: λεγομαι ſermocinor: q̄ ꝑ ſer
mocinationē diſputatio ꝓſequit. Hinc dialectic⁹ ca.
cū. Hiero. ꝯtra Ruf. ſeptē modos ꝯcluſionū diale/
ctica me elementa docuerunt.
Dialyſis grece latine diſſolutio dicitur.
Dialyton pe:cor. dici pōt diſſolutū. Διαλοω diſſoluo
Figura cū ſine ꝯiūctiōib⁹ dictiōes ꝓferunt pūctatim.
vt Ite/ferte citi ferrū: date tela: ipellite remos.
Dialis: Iouis απο του Διοσ. i. a ioue: vt Flamē dia/
lis. i. iouialis. Et dialis ꝓ aere: vn̄ ſubdialis ſub aere.
Pli. li. xxxiiij. Ilia ſup terrā ex ſubdialib⁹ petr' cedit.
Hec ex obrutis. Idē. Subdialia pauimēta greci iue/
nere. i. que ꝑmanent ſub dio. Dialis quoqꝫ a die dici
pōt: vt Cōſul dialis: qui vno tn̄ die ꝯſul fuit. Et Ho
ra. Nouēdiales diſſipati ſunt cineres.
Diameter pe.cor. mēſura ſiue linea dimetiēs: a grecis
diametros dicit. Col. li. vj. Eſto area rotūda: cui⁹ dia
metros. i. dimēſio habeat pedes. lxx.
Diadumenus: quaſi vittatus diadematuſqꝫ: quo noie
dictus eſt iuuenis quidā ſpecioſus.
Dianea: a noſtris dicit mēs ſiue intellectus. Unde ab
oratoribus ponit ꝓ quadā figura que ſenſa magis q̄ꝫ
verba deſignat. Quint. lib. j. Figuras queqꝫ laxeos:
queqꝫ dianeas vocantur.
Diana: a Διοσ. i. ioue: quaſi iouiniana Iouis filia ex la
tona que et luna: ſic dicta ꝙ quaſi diē noctu efficiat.
Uel ꝙ noctu ſola luceat: quaſi lucēs vna. Quapro/
pter ⁊ noctiluca in palatio vocabatur: ꝙ ibi noctu tē
plum eius luceret: vel quaſi deuania: quia venantes
per ſiluas deuiare ſolent. Ab ea Dianus dicebat lo/
cus ei cōſecratus. Eandem eſſe Lucinā dicunt et Iu/
nonē: Iunonē a iuuando: Lucinā ꝙ partum in lucem
prodat quā in pariēdo inuocāt. Uirg. Caſta faue lu/
cina tuus iā regnat Apollo. Siue vt Plin. ſentit: ꝙ
oculis ꝑſit ⁊ luci. Siue a luco: quē Rome i exquilijs
habebat. Dicta eſt et Proſerpina: vt infra dicet. Et
Dictina: ꝙ dū Minoē regē vim ei inferre volentem
fugeret: in mari ſe precipitē dedit: cadauerqꝫ ei⁹ a pi/
ſcatoribus inuentū: ꝓpter quod a retibus/que grece
Δικτυα dictia dicūt nomē ei impoſitū. Preterea he/
cade dicta fuit: vel ꝙ centū victimis placaretur: vel
ꝙ centum annos errare faceret inſepultos. Dicta eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN